

K
421
T43


D E R E C T A
D I S T R I B U T I O N E
REDDITVVM BENEFICIORVM
ECCLESIASTICORVM SECVLARIVM,
PRÆSERTIM EPISCOPATVVM
A V T H O R E
DOMINO D. THOMA DE ROSA
EPISCOPO POLYCASTREN.

O P V S

Episcopis, et Ecclesiasticis necessarium,
et vtile.



N E A P O L I,
In Officina Typographica Antonij Gramignani. 1682.
S V P E R I O R V M L I C E N T I A.



INNOCENTIO XI.

PONT. OPT. MAX.

Thomas de Rosa Episcopus Policastrensis.
F.

BEATISSIME PATER.



IBI datum est sedere in monte sancto Testamenti, & fulgori INNOCENTIAE tuæ concesserunt Superi, vt illuminares mirabiliter è montibus æternis Pastores omnes, qui paſcunt hædos Domini Dei nostri. Nec ſolū ut illuminares verbo, verum etiam ut cogeres exemplo, factus in hoc Flamma ſimul & Rubus; directuum, nempè, lumen pro itinere, & ſtimulus quo pūgeremur omnes ad ambulandum in via ſalutis. Sed ardebat Rubus, & non comburebatur, ac pergrandi miraculo nutriebatur ignis abſq; pabulo, licet ligna ſuperabundarent, & spinæ. Flamma Diuinitus erat, cuius vices in terram gerit Beatitudo Tua; spinæ Hieroglyphicum gestibant diuitiarum, vt i proclamat cētus Sanctorū: ne igitur obſtupescant Celi, & portæ eius defolentur. Ardere neceſſe eſt in apice Vaticani Euangelicam Auctoritatem, ſed pro ſeipſa nullatenus consumere audeat opes; quod ſi iſtæ ſupereffluunt, pungant, vrgeantque vt ad debitos vſus referuentur, vt ve niens pauperies, ſimulq; cultus diuinus, & dilatatio Fi dei, ligna colligant, & ſaturentur. Quod hæc facias, hiſq; addas, BEATISSIME PATER, reticere meū eſt, Vribis, & Orbis fateri; ſolum vadām ad fratres meos Coepi scopos

scopos, & ad vniuersam multitudinem Hierarchiæ Ecclesiasticæ, dicamq; eis: Accessi ad montem, vidi, & audiui, non arcana, sed patentia verba, & postquam a diuini quod in primis necesse erat soluere calceamenta, & nudo ingredi pede cuicumque pastoralis dignitatis demandatur sollicitudo; syndesim quoq; propriam expertus sum proclamantem; Scribe secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Et ecce ante Thronum tuum paucissima, quæ exaraui profero, leges dixerim, an dogmata, ignoro; nam veritates hercùs sunt infallibles, aspectu tuo non indignæ. His premunitus Pastor Christi, non sacculo, neque pera, intrabit in Civitatem sanctam Perfectionis Episcopalis, & pax dabitur ei à Morte, à Conscientia, & ab Angelis; hisce annis non galeatus, neque lorica indutus Sauli Terreni, Goliath aduersantem superabit, & salutem magnam faciet in populo Electo; Et has ego in Templo Dei suspendo, quasi Sanctuarij Siculum, nude probetur Ecclesiæ pecunia, nō acquirenda, sed rectè deputanda, et ad iustos quoq; insumeda vsus. In interim è monte prospice, et munus suscipe qua soles benignitate, vt potè tibi iustissimè debitum, maximumq; quod reperiri queat: Exemplar vide licet querendi nihil, nisi Christum ab ijs, quibus Christū imitari datum est.

EC



ECCLESIASTICO LECTORI.

Eoperuenit in Orthodoxo mundo auri sacra fama, ut sine proprio fulgore, siue ipsamet audiitate, habet atis humanae mentibus deliria ingesserit, et nubila, larua depinxerit, et insanias. Hinc habent oculos, et non vident, putant se agnoscere, et ignoscunt, rem pro re existimant longè dissita, et in ipsis quoque rerum vocabularijs, contradictionem somniant hallucinantem. Qua intranos debent adesse virtutes, volunt à nobis abesse, ab extrinseco aduocant adiacentia, et in visceribus nostris transubstantiare contendunt, unde sapissime corda à semet ipsis exulantia priusquam mortua tumulantur, clauduntur arca antequām pereant. Nec inter fines Philisthiim hac lues tantummodo grassatur, id est ad laici nundinas, et Xenodochia, verūmetiam, inuadens Israel, siue Ecclesiam, ab exordio suo in Sacerdotes se intronisit, et facella. Inibi opes sacrae, in quibus nō est meum, ac tuum frigidum illud verbum, sed proprietas Christi, inphantasia eorum, qui errauerunt ab utero, et locuti sunt falsa, sub iure proprii genii cecidit, somniato distrahenda dominio, ac ad usus ipsomet Christo insensos eroganda. Leuauerunt voces ad hoc pauperes, multitudo languentium clamauit, diruta sunt Ecclesia, et laceris infulis sacrificii, non amplius Cælo, ac terra preparata sunt solemnitates iubilantium, sed opprobioso ritu vulneratus est cultus. At hoc ipso tempore in luxum defluxi senes populi, dilatauerunt fimbrias suas, miserunt in carbonam sanguinem iusti, ut impinguarentur alienis, clauerunt ostium aduentibus, dicentes: non nouimus vos, diripuerunt sanctuariū, vestiti sunt duplicitibus, esto nudi ad fores adfrent, et in nudis, Christus ipse dominator tremulis probaret sua damna lacertis. Medlam ut possent tanto malo afferre desudaerunt Sancti, Theologi arguerunt demonstratiuē, Canones Sacri compulerunt pœnis, censuris, et quisque eorum robusta voce Ecclesiasticos omnes denominauit, ut antea in Paralip. 31. viros, qui partes

partes distribuerent vniuerso sexui, expulsis Filiis Heli, quorum
tantummodo erat tollere partem, & in vita consumere alimonia.
Ex his, & signanter ex Dno Thoma Aquinate nouissime Ego, &
debilimè, dum debiti proprii partes legendo persolverem, multa
concessi, qua ad unum aliquod lucubrationibus meis reduxi; ad re-
gulam scilicet rectè distribuendi, et ea pralo concedere duxi, alio nō
fretus munimine, nisi quia ex Sole deducta Aquinate, lucem ratio-
nabiliter expetere poterant. Nil dixi quod Ecclesiasticas leges ex-
cedat, nil quod conscientiam coarctet, sed cuncta pro assumpto mu-
nere ex selectu, et ratione. Audiat ipsa libenter Purpura, scrutetur
Episcopus, et quicumque inferior Ecclesiasticas opes administrat
lato peruvoluat animo, ut distributionem illam hereditatis sua, Ec-
clesiastici 33. tempore exitus sui iniunctam anticipare possit; quin
immò adamussim exequi, si verum est, quod omnes exiuimus è mū-
ndo, quando induimus Christum. Nostrum non est patrimonium, cui
famulamur: sanguis Christi sub diuina cadit potestate; tollat unus
quisque quantum necessè est ad vitam Apostolicè instituendam,
reliquum impendat operando eleemosynas. Sic vivere debet Pastor
non ad augendam familiam, non in curribus, & in equis, aut peri-
stromate tincto, ut adueniente Domino, & rationem ponente cum
seruis suis, dicere possit: Hec talenta tradidisti mibi, & alia lucra-
tus sum in sacculis, qui non veterascunt.

In

In Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neapolitano sub die 14. Iunij 1680. fuit dictum,
quod Reuer. Dominus Canonicus Borgia reuideat, & in scriptis referat
eidem Congregationi.

Stephanus Menattus Vicarius Generalis.
Ioseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Eminentiss.

Eminentissime, & Reuerendissime Domine.

Ecclasticorum Reddituum Distributionis Onus, Episcopis, cæterisq;
Beneficiatis imponunt Scriptores omnes, nemo tamen ad rem, & ap-
polite, quoniam plerique faciles, & effusi tollunt potius quam minuant, cæ-
teri graues, & rigidi dum augent destruunt, nam impossibile humanis hu-
meris faciunt, causa in promptu, cuiq; ea distributio iusta videtur, quæ ge-
nicio placet suo, nec audit Regia verba apud Cassiodorum. Non appellanda
diuīsio est, quæ sub unius celebrata constat arbitrio. Non sic Doctissimus Prä-
sul D. D. Thomas de Rosa, qui in Tractatu de *Distributione Reddituum Ec-
clesiasticorum*, quem iussu tuo, Eminentissime Domine, perlegi, ad iustitiæ
trutinam cuncta distribuit pôderata, iusquè suum Doctoribus altercantibus,
Episcopis possidentibus, Pauperibusque potentibus reddit, vnde, vt liber
prælo detur, si placuerit Eminentia tuæ, censeo ego.

Eminentia tuæ

*Addiētissimus Seruus
D. Hieronymus Borgia.*

In Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neapolitano sub die 24. Aprilis 1682. fuit dictum,
quod stante relatione retroscripti revisoris Imprimatur.

Stephanus Menattus Vicarius Generalis.
Ioseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Eminentiss.

Ec

Eccellentissimo Signore.

Antonio Gragnani Stampatore supplicando dice à V. Ecc. come hà
da stampare vn'Opera intitolata, *De Recta Distributione Redituum
Ecclesiasticorum, presertim Episcopatum*, composta dall'Illustrissimo, e Re-
uerendissimo Monsignore D. Tomase de Rosa, che però la supplica dar li-
cenza di stamparla, che l'hauerà à gratia &c.

Magnif. V.l.D. Io:Baptista Mucci videat, & in scriptis E. S. referat.
Carrillo Regens. *Soria Regens.*

Excellentissime Domine.

VIdi, vt tuis parerem iussibus, librum ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Episcopo D. Thoma de Rosa compositum, inscriptum verò, *De Recta Distributione Redituum Ecclesiasticorum, presertim Episcopatum*, in quo nil inueni, quod Regiam Iurisdictionem, vel bonos mores ledere valeat, quin imo, vt opinor, tanquam summa pietate, summaque doctrina elaboratum, à luce potius ipse expostulatur, quam lux ab ipso; par ergo est, vt Rosa tam flagrans, spinas carens, prodeat tandem omnibus cara. Impri-
mi proinde illum arbitror posse, & debere, ni aliud sentiat Excellentia tua,
quam Deus semper seruet in columem. Vale. Neap. die 20. Aprilis 1682.
Excellentiae Tuæ

*AddiEtis. Seruus
Io:Baptista Mucci.*

Visa supradicta relatione Imprimatur, & in publicatione seruetur Regia
Pragmatica.

Prouisum per Suam Excellentiam Neapoli die 27. Aprilis 1682.

Calà Regens *Soria Regens* *Florillus Regens.*

Mastellonus

DE

DE RECTA DISTRIBUTIONE REDDITVM ECCLESIASTICORVM

PRÆSERTIM EPISCOPALIVM.

C A P V T I.

De origine, & natura bonorum Ecclesiasticorum, & congrua Episcoporum, & aliorum Beneficiatorum.

S V M M A R I V M .

Primitus temporibus Ecclesie, fideles omnia aportabant ad pedes Apostolorum; eratque unum cor num. 1.

Ananias, & Saphira repente vita migrarunt ante pedes Divi Petri, quia mentiti sunt nu. 2.

Episcopus distribuebat opes Ecclesie inter ministros nu. 3.

Clerici, qui offerebant singulis portionem, vocabantur postulantes nu. 4.

Crescente Ecclesia fuit dispositum ne amplius venderentur bona nu. 5.

Episcopis fuit concredita administratio rerum Ecclesie nu. 6.

Episcopi solum accipere poterant quod erat eis necessarium, reliqua tenebantur distribuere indigentibus, & peregrinis nu. 7. & 8.

Qui Altari seruit, de Altare vinere debet nu. 9.

Apostoli statuerunt, ut res Ecclesie di-

miderentur inter Ministros nu. 10.
Urbanus Papa statuit res Ecclesie non tamquam proprias, sed uti communas habendas esse nu. 11.

Idem Urbanus mandauit portionem esse faciendam ab Episcopis nu. 12.

In Concilio Antiocheno datur posse Episcopis ad dispensandum res Ecclesie inter pauperes cum summa reverentia, & aliter facientes puniendos nu. 13. & 14.

Quod possident Episcopi non est eorum proprium, sed proprium nu. 15. & 16.

Ecclesia ita fuit instituta à Christo Domino, ut in ea nihil esset proprium n. 17

Vita communis durauit diutius in Ecclesia nu. 18.

Vita communis Hierosolimis instituta dilatata est in tota Ecclesia nu. 19.

Tempore Sancti Silvestri fuit constituta de redditibus Ecclesie facienda esse quatuor partes nu. 20.

Idem statuerunt Simplicius, & Gelasius nu. 21. & 22.

De divisione bonorum Ecclesie mentionem fecit quoq; Diuus Augustinus n. 23.

Diuus Augustinus floruit circa annum 400.

Diuiso fuit facta tempore Sancti Silvestri nu. 24.

A

Di-

DE RECTA DISTRIBUTIONE

- 2
- Diuisio fuit facta ob charitatis remissio-*
nem, & infidelitatem Episcoporum
nu. 25. & 26.
- Post diuisionem, Episcopi de reliquis por-*
tionibus erant tātūm Procuratores, &
Administratores nu. 27. & 28.
- Post diuisionem multi Episcopi in vita*
communi permanerunt nu. 29.
- Redditus ecclesiastici, non semper diuisi*
in quatuor partes nu. 30. & 31.
- Nunquam Ecclesiastici liberam facul-*
tatem disponendi in morte habuerunt
nu. 32. & 33.
- Beneficiati in vita usufructuari, in*
morte V suario comparati nu. 34.
- Hodiē nō vigent Canones statuentes di-*
stributionem cum tanto rigore nu. 35.
- Pro pauperum transiuit cum portione*
Episcoporum, & Clericorum nu. 36.
& 37.
- Quando erecta fuerunt beneficia nu. 38.*
- Quid sit beneficium quidue præbēda, aut*
dignitas &c. nu. 39.
- Concilium Tridentinum assignauit por-*
tionem Episcopis nu. 40.
- Non minus, quam mille aurei sufficiunt*
pro congrua Episcoporum nu. 41.
- Episcopi debet obseruare hospitalitatem*
nu. 42.
- Recreaciones honestas Episcopis conce-*
dendas nu. 43.
- Episcopi multas expēsas pro Ecclesia fa-*
cere debent, & pro defendenda iuris-
dictione ecclesiastica nu. 44. & 45.
- Episcopi tenentur ad eleemosynas n. 46.*
- Episcopi huius temporis quales num. 47.*
& 48.
- Refertur authoritas D. Bernardi nu. 49.*
- Episcopi debent dare exemplum subdi-*
tis nu. 50. & 51.
- Nobilitas sanguinis nō excusat Episco-*
- pos à luxu nu. 52. 53. 54. 55. 56. 57*
58. 59. 60. 61. & 62.
- Pro ceteris Beneficiatis non potest assi-*
gnari certa congrua nu. 63.
- Refertur regula Bardi nu. 64.*
- Congrua Cardinalium quāta n. 65. 66.*
67. 68. 69. & 70.
- Portio, seu congrua Beneficiato debetur*
jure iustitiae nu. 71. 72. & 73.
- Episcopus debet prius sibi succurrere ex*
ordine charitatis nu. 74.
- An in assignanda congrua possit haberi*
respectus ad nobilitatem, vel literatu-
ram num. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81.
82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91.
92. 93. 94. & 95.
- Author explicat sententiam suam n. 96.*
- Episcopi ad exteriora magis tenētur nu.*
97.
- Diui Bernardi referuntur verba nu. 98.*
- Pro qualitate Beneficij, & quantitate*
fructuum, Beneficiatus potest insume-
re maiorem portionem secundum Mo-
linam, Bardum, & Sotum num. 99.
100. & 101.
- De his, que possident Ecclesiæ iure spe-*
ciali nihil omnino beneficiati accipere
possunt nu. 102. & 103.
- Author translatus ad Ecclesiam Polyca-*
stren. motu proprio Sæctissimi n. 104.
- Concil. Tridentinū sess. 25. c. 1. de refor-*
mat. de quibus bonis loquitur n. 105.
- Ea que ecclesiastici acquirūt in pretium*
laboris, vel officij non debent imputa-
ri in congruam nu. 106. & 107.
- Distributiones quotidianæ nō computan-*
tur in congruam nu. 108.
- Pensiones utrum in congruam computan-*
dæ nu. 109. 110. & 111.
- Oblationes nō computantur in congruan-*
tu. 112.

Re-

*Refertur sententia Rotæ circa congruam
Episcoporum nu. 113.*

*Sacra Rotæ sententia ab omnibus tenen-
da est. nu. 114.*

*Discursus Autoris circa sacra Rotæ sē-
tentiam num. 115. 116. 117. 118.
119. 120. 121. 122. 123. 124. 125.
126. C. 127.*

*Beneficiatus quando plus laborat, plus
sumere potest pro congrua, sed non
Episcopus nu. 128.*

DO certo tenendum
est, quod in illis pri-
mis temporibus post
Ascensionem Domini
Nostrí Iesu Christi in

1 Celis, fideles illi, qui baptizati fue-
runt, omnia asportabant ad pedes
Apostolorum, insimulq; & in com-
muni viuebant, omniaq; commu-
nia habebant, nullus aliquid suum
esse dicere audebat, proprios agros
vendebant, præmiumque ex illis re-
dactum ad eosdem Apostolos fide-
litè offerebant, vnum cor, & ani-
ma una erat istorum, ita ut Ananias
& Saphira eius vxor, qui mentiti
fraudauerant ex præcio agri ad pe-
des Diui Petri vitam terminarunt.
At quia crescebat numerus disci-
pulorum, & à verbo Dei distrahe-
batur, vt ministrarent mensis, ideò
elegerunt septem, qui ministerio
quotidiano incumberent; reliqui
verò orationibus, & prædicationi-
bus incuberent, intè quos septem
electos primus fuit Stephanus Pro-
thomartyr: hæc omnia, & alia ha-
betur in actibus Apostolorū c. 4. 5.
& 6. At deinde has ones distribuebat

Episcopus intè Ministros Ecclesiæ
singulis mensibus secundū vniuersi-
tusq; ægestatem, vt restatur Diuus
Ciprianus epistola 34. ad Cler. Cle-
ricique, qui afferebant istam por-
tionem vocabantur Clerici postu-
lantes. Idem Ciprianus epist. 66. Ba-
ronius ann. 57. nu. 73.

Verùm posteà (vt refert Urbanus Pa-
pa in epistola ad Episcopos) crescē-
te Ecclesia fuit dispositum, ne am-
plius venderetur prædia, & agri, qui
offerebantur, sed retinere ea visum
est, & offerre matribus Ecclesijs, vt
ex fructibus ipsorū viuerent, habe-
tur in c. videntes 12. q. 1. Quamvis
verò Episcopis fuerit tunc concre-
dita administratio rerum Ecclesiæ,
nihil tamen sibi appropriare pote-
ràt præter id, quod ad propriā sub-
stitionem indigebant reliqua ve-
rò dispensare peregrinis, & alijs in-
digētibus per Presbyteros, & Dia-
conos tenebātur, tantumq; poterāt
8 Episcopi accipere, qui verè indige-
bant; ita tamè, vt nec ipsis, nec in-
digestibus deesset omnino, cù lex
Domini precipiat, qui Altari deser-
9 uiunt, de Altare paucantur, quia nec
miles stipendijs proprijs cōtrà hostes
militat. Diuus Apostolus Paulus F.
ad Corinth. c. 9. hanc etiam constitu-
tionem e considerunt à principio ip-
10 simet Apostoli, vt legitur in Can.
14. Apostolorum secundum vnam
editionem, & translata fuit dicta
constitutio in c. ex his, C. c. præcipi-
mus 12. q. 1. ideò Urbanus Papa in
11 dicta epistola ad omnes Episcopos
de cōmuni vita, quę habetur tom. I.
Conciliorum fol. 105. & in partem

A 2 transf-

DE RECTA DISTRIBUTIONE

translata in c. res Ecclesiæ 12. q. 1. statuit res Ecclesiæ non tamquam proprias possidendas, sed ut communas, & Domino oblatas, & cum summo timore distribuendas communem vitam degentibus, & indigentibus, & in d.c. Videntes, ac idem 12 Urbanus mandauit hanc distributionem ab Episcopis faciédam esse: Ita quoque in Concilio Antiocheno primo c. 25. mandatur Episcopis, ut rerū Ecclesiasticarum habeant potestatem ad dispensandū erga omnes, qui indigent cum summa reuerentia, & timore Dei; participant autē & ipsi quibus indiget; si tamen indigent tam in suis, quam in fratribus, qui ab eo suscipiuntur necessarijs rebus, & vīsibus pro futuris, vt in nulla qualibet occasione fraudetur iuxta Apostolum dicētem. *Habentes viētum, & tegumentum, his contenti sumus;* quod si defraudauerit, sibique appropriauerit puniendos in Synodo Prouincię prout latius ibidem legitur, & habetur in c. 14 Episcopus 12.q. 1. ita etiam in Synodo Romana sub Eugenio 2. vt 15 habetur in c. nulli 12.q. 1. ideo Diuus Augustinus scripsit Episcopis, quod possident non esse proprium, sed pauperum, quorum procuratio nē ipsos gerere, nec debere in proprietatem, usurpatione damnabili, sibi vendicare: iterum scribens ad 16 Bonifacium Comitem epist. 50. & refertur in c. si priuatum 12.q. 1. sub 17 hac etiam forma Ecclesia fuit instituta à Christo Domino, vt docet 18 idem Augustinus tract. 62. in Ioan. & refertur in c. habebat 12.q. 1. du-

ravit vita cōmunis diutiū in Ecclesia, vt patet ex dictis, & etiam ex epist. 5. Clementis Papæ, quæ habetur in c. dilectissimus 12. q. 1. ex Can. necessaria, Can. duo, Can. quia tua, c. scimus, c. nolo, c. non dicatis (cū alijs) 12.q. 1. qui omnes, vel Urbanii, vel Eugenij, vel Sanctorū Hieronymi, Augustini, & Gregorij sunt: Hanc viuendi formam communitè, multi Doctores tātū ad eos, qui Hierosolymis erāt restrin-gunt, sed Sotus de iustitia lib. 10. q. 4. art. 3. Hierosolymis institutam dicit, verū postea diffusam in tota Ecclesia, notat etiam P. Franciscus Bardi in selectis q. 10. sect. 1. n. 2. lib. 3.

Quamuis autem apud citatos Sacros Canones, Sanctosue Doctores fiat 20 mentio de vita communi; tamen tempore Sylvestri in Cōcilio Romano 2. in c. 4. constitutū à dicto Sylvestro inuenio, vt de redditibus Ecclesiæ quatuor partes fiant, quarum vna cedat Pontifici ad sui substantiationem, alia Presbyteris, & Diaconibus, & toti Clero, tertia Templorum, & Ecclesiarum reparationi, quarta pauperibus, & infirmis, ac peregrinis: Habetur tom. I. 21 Consiliorum fol. 277. ita etiam Simplicius Papa in epist. 3. ad Florentiū, & Seuerum Episcopos to. 1. Consiliorū fol. 952. & habetur in c. de redditibus 12.q. 2. ita quoque Galasius in epist. 1. ad Episcopos in Lucania tom. I. Consiliorum fol. . . . habetur in c. quatuor 12. q. 2. & idē Galasius scribens Clero Bruden. vt in c. con- 23 cesso eadem causa, & quest. de qua diui-

diuisione mentionem fecit etiam
Diuus Agustinus Episcopo Anglo-
rum rescribens, vt in c. mox 12. q. 5.
24 *floruit Augustinus circa annū Do-*
mini 400. quare errauerunt multi
Doctores, qui diuisionem reddituū
ecclesiasticorum tempore aliorum
Summorum Pontificum introdu-
*ctam dixerunt, cū ego illam à *Diuo**
Sylvestro cōstitutam inuenierim, &
confirmatam à Simplicio Papa : Et
*itā ex *Valentia, Francisco Silvio, & Granado*, tenet Pater Bardi loco cit.*
25 *sed. 1. nu. 4. post scripta visus, qui*
docet hanc diuisionem fa&tam fuisse
tum ob charitatis remissionem,
& diminutionem primi fēruoris ;
tum etiā quia ob Clericorum mul-
titudinem difficile existimatū fuit,
omnes Clericos vitam in commu-
nitate transfigere, & crescente infi-
delitate Episcoporū in distribuen-
26 *dis bonis ecclesiasticis, oportuit de-*
uenire ad quatripartitam diuisionem,
vt scilicet quēclæ Clericorū
indigētum cessarent, quod eorum
necessitatibus non benē succurre-
*batur ab Episcopis, vt *Bardus loco**
27 *cit. n. 3. sūnē post dictā diuisionem.*
reddituū in reliquis tribus portio-
nibus certum est Episcopos fuisse
tantūm administratores, dispensa-
28 *tores, & procuratores istorum redi-*
tuum ecclesiasticorum, & itā pro-
cedunt iura allegata, & quod scrip-
*fit *Diuus Augustinus in mentionata**
epistola ad Bonifacium Comitem re-
lata in c. si priuatum 12. q. 1. & c.
Episcopus 10. q. 2. cum ceteris cō-
cordanibus allegatis, & in c. fra-
ternitatem de donationibus clarē hoc

docuit Doctor meus Angelicus in
2. 2. q. 185. in corp. & in hoc con-
cordant omnes, vt infrā dicendum
est, & de his etiam loquitur idem
S. Thomas 2. 2. q. 43. art. 8. in corp.
in princip. & ad hoc conducunt au-
*thoritates cumulatas à *Comitulo**
lib. 1. respons. moral. q. 70. aduertit
29 *hoc etiam Sarmientus disp. 4. c. 6.*
n. 12. de redditibus ecclesiasticis. Ve-
rum scias post hāc diuisionem etiā
multos Episcopos adhuc vitam cō-
munem cū Clericis egisse, nec etiā
statim vbiq; diuisionem reddituū
fuisse obseruatam, vt probatur ex
Concerte ego 12. q. 1. Gonzalez in c.
1. de præbendis sub nu. 9. sicut nec
30 *semper redditus Ecclesiastici in-*
quatuor partes fuerunt diuisi; nam
quandoque in tres partes, vt clarē
dicitur in c. requisiti de testamentis,
& c. constitutum 16. q. 1. aliquando
31 *etiam medietas spe&tauit Episco-*
*po, vt in *Can. antiquas 10. q. 1. vt**
benē aduertit Bard. loco cit. nu. 6. &
*circa hoc scripsit *Glosa in d. c. consti-**
tutū 16. q. 1. verbo tertiam ser-
uandam esse loci consuetudinem,
*quam sequitur idem *Bard. loco cit.**
Cæterum licet Canones illi præcisi ex
bonis Ecclesiæ quartam, vel tertiam
32 portionem Episcopo pro substéta-
tione assignauerint; nō tamen libe-
ram omnino dispositionem de ea
in morte relinquerūt; in vita enim
vtendi, fruendi arbitrium pro sua
indigentia concefferunt; & tamen
si aliquod supersit tempore mor-
tis; de illo disponere negauerunt:
itā habetur in *Concil. Agaten. sub*
Celestino tom. I. conf. fol. 6 18. c. 48.
quod

quod refertur *in cap. Episcopi* 12.
q. 1. & *in c. quorumdam cum reliquis
de testamentis*: vnde multi dixerunt

33 *Episcopos, ceterosq; Beneficiatos
vsufructuario in vita, usurario in
morte cōparari: qua de re Fagnan.*
*in c. si quis sanè de peculio clericorum
nu. 3. sic post diuisionem, & por-*
34 *tionis assignationem, nec in mor-
te permissum Episcopo de redditibus
ecclesiasticis disponere, licet in
vita quæ ad sui substantiationem
sunt necessaria etiam tempore illo,
quo communi viuebant vita acci-
pere poterat: Hęc omnia quasi cer-
ta habenda sunt, vt patet ex *Cano-
nibus citatis*, vt docent Doctores,
qui de hac re scripsérūt, præsertim
Ioannes Azorius p. 2. inst. lib. 12. c.
*11. sub verf. Canonicis de quibus ta-
men possunt testari. Vide Docto-
res infra citandos.**

Hodie tamen Canones isti hanc di-
stributionē statuentes quoad om-
nia non vigent cum primo illo ri-

35 *gore: Nam Clericis Cathedrali-
bus inservientes habent suos redi-
tus, & præbendas, sicuti in quam-
plurimis locis etiam huius Regni
Cathedrales ipsę Ecclesię proprios
habent redditus pro eorum substé-
tatione, nempè pro fabrica, suppel-
leūilibus sacris, prout in multis
Cathedralibus obseruari *Barboſa*
*de iure Ecclesiastico lib. 3. c. 7. c. 8.**

36 *Bardus loco cit. nu. 9. Portio autem
pauperibus antiquitùs deputata
multi Doctores docent, quod fuit
permixta, & confusa cum portione
Episcoporum dumtaxat, prout do-
cuit *Caetanus* 2. 2. q. 185. art. 7. sed*

37 *hunc Doctorem refellit Bardus lo-
co cit. num. 10. qui existimat hanc
portionem permixta fuisse non so-
lum cū portionem Episcoporū, sed
etiam cum illa, quæ fuit Clericis
assignata, & absque fundamento
Caetanum clericos à tali obligatio-
ne eximere; attamen cum *Caieta-
no* nouissimè sentire videtur *Em-
manuel Gōſalez* in *resp. c. 1. de przb.*
sub nu. 9. qui ita scribit. Tandem
quatripartita illa diuisione prorsus
antiquata fuit; nam portio paupe-
ribus assignata Episcopis tributa
est cum onere alendi pauperes, &
portio Clericis assignata cessauit,
atque loco eius certi, & determi-
nati redditus Ecclesiasticis Officijs
assignati fuerunt, quibus Ecclesiæ
Ministri tamquam rebus proprijs
absque villa Episcoporum authori-
tate vterentur, & eorum percipien-
di ius cum spirituali ministerio cō-
iunctū generaliter beneficium ap-
pellatum fuit, quod nomen inuen-*

38 *tum, & assignatio singulis Mini-
stris facta fuit anno salutis 813. vt
colligitur ex *Concil. Maguntino* ce-
lebrato anno 813. relato *in c. 1. de
Eccles. edific. vbi pingua mentio fit
Beneficij ecclesiastici, & licet iam
sub *Leone Pontifice per annos 796.*
legitur in *c. sanctum 23. q. 4. c. 1. de
censibus*, peculiares redditus assi-
gnatos Parochijs fuisse; non tamen
ideò instituta fuisse eo tempore Be-
neficia dicimus, quia redditus illi
nō pro Ministris ecclesiasticis quod
proprium Beneficij assignabantur
prosequuntur altius Beneficiorum
originem, & principium *Roffel. lib.***

*historie Pontificiae Iuris fidei c. i.
lib. 5. partis de Benef. in princip. Car-
rier. tom. 2. de gestis fidei fol. 562. Ci-
ronius ad tit. de peculio Clericorum :*

39 *Hæc Gonzalez, qui ibidem expli-
cat quid sit Beneficium, Præbenda,
Dignitas, & Canonicatus. Vide ip-
sum n. 11. 12. 13. & 14. ponit qua-
rè in Beneficijs ecclesiasticis nō ad-
mittatur successio iure sanguinis.*

*In quantum verò ad congruas in par-
ticulari nihil certum determinatū
inuenio in Sacris Canonibus, præ-
terquā in Oecumenico Tridentino.*

40 *Concilio sess. 24. c. 3. de reformat.
constitutū fuit vt Cathedrales Ec-
clesiæ, quarum redditus summam
ducatorum mille secundum verum
annuū valorem nō excedunt nullis.
pentionibus grauētur, Parochiales
verò, quæ ducatorum centum va-
lorem annuum nō excedunt, cuius
decreti vigore quasi omnes Docto-
res dixerunt esse constitutam por-
tionem pro Episcopis, nempe du-
catorum mille ; ex quo enim Tri-
dentinum decreuit nō posse graua-
ri Cathedrales, nisi excedant annuū
valorem ducatorū mille : Ideò pro-
certo tenēdum est. Patres illos ex-
istimasse talem esse congruam Epi-
scoporum, & Parochorum: Sic in-
quam obseruantia subsequens in-
terpetrata est dictum Tridentinum
omissis alijs; *Eminentissimus olim
Cardinalis de Lugo de iustit. & iure
disp. 4. sect. 4. nu. 56. & nouissime
Prosper Fagnanus in c. extirpāda de-
preb. nu. 18.**

*Et certè quidem nō minus quam mil-
le aurei requiruntur ad congruam*

41 *Episcopi substantiationem ; Nam
ad minus pro vietu, & vestitu an-
nuo ipsiusmet Episcopi requirun-
tur biscentum aurei, idest decem
scuta pro vietu quolibet mense
etiam octuaginta pro vestibus ne-
cessarijs, ac pro mobilibus pro sua
persona tantū; Abbatibus enim Ee-
nodiatis assignātur quadraginta
circiter pro vestiario; ergo pro Epi-
scopo octuaginta; Debet etiā Epi-
scopus ad minus habere magistrum
domus, qui inseruiat etiā pro Cap-
pellano; Item, & Camerarium, qui
etiam inseruiat pro barbitonfore,
ac scalco in casibus necessarijs; Item
& Secretarium, quibus si in pecu-
nia totum salarium dederit ad mi-
nus octo scuta in quolibet mense,
& duos seruos, quibus ultra vesti-
mētum, quod vulgò dicitur librea
dare necesse est quinque scuta mé-
satim; Item & cocum, cui non po-
test dare minus quam sex scuta in
singulis mensibus, quæ omnia fa-
ciunt sūmam ducatorum quingen-
torum, & quatuor; Si autem dare
velit viatum ad minus dabit duca-
tos tres cum dimidio, & viatum ad
rationem quatuor ducatorum cum
dimidio singulis mensibus, quod
minus assignari nequit, nempe ad
rationem quindecim baioccorum,
seù vulgò grana in Regno, & fa-
ciunt eamdem summam; Ita assi-
gnari debet Episcopo, & valdè ne-
cessarium vnum equum, cū equita-
ri necesse sit per Diocesim, pro cu-
iis vietu necessarij erūt ducati tri-
ginta sex, & si currum tenebit ad
minus biscentum quinquaginta
erunt*

erunt necessarij; pro mobilibus, & suppellectilibus etiam moderatis pro ipsomet Episcopo, ac familia ad minus erūt necessarij ducati sexaginta annui; aliquid aliud etiam constituendum est ipsis pro hospitalitate etiā pro suis subditis, cum
 42 veniunt ad ipsum Episcopum pro necessitatibus occurrentibus tanto magis, cum Episcopi teneantur ad istam hospitalitatem, vt ex præcepto Apostolico; Aliquid aliud est cōstituendum Episcopis etiam pro recreationibus honestis, vna saltēm in mense; Recreations enim honestas potest Episcopus facere; & concedunt omnes Doctores, præsertim Layman, Lugo, Sanchez, Molina, Reginaldus, Bardus lib. 3. q. 10 sect. 6. n. 3. & alijs has enim recreations faciunt omnes religiosi etiā strīctoris obseruantie Cappuccini, Cistercienses, Cartusiani, Camaldulenses, Patres Societatis Iesu, Theatini, & cæteri, non dico de alijs monacis, & Congregationibus, qui laxioris sunt obseruantie, qui semper splendide viuunt: Hæc omnia (nec cōputatis expensis procuru, qui omittendus in aliquibus Ciuitatibus) constituunt summam ducatorum octingentorū sexaginta; usque verò ad summam mille supersunt centum quadraginta, sed consideranda sunt alia, nempè iti-
 44 nera, quæ Episcopus facit, fabrica pro Palatio, infirmitates, expensæ pro Cathedrali pro cera, oleo, & alijs sacris suppellectilibus, cum in omnibus ferè Cathedralibus ad id teneantur Episcopi; sic tenentur

45 Jurisdictionem Ecclesiasticam pro qua defēdenda sæpè səpiùs lites cū Regijs Ministris nascuntur, & cum alijs: & hæc expensas magnas præfert; eleemosynas vērò vbi omit-
 46 timus; illas enim elargiri propriū est Episcoporum, quas ni fecerint omnibus scandalum erit, de qua relatè scripsi in tract. de vera Residētia c. 4. sect. 4. Vnde à principio vsq; ad ultimum concludo, quod mille ducati monetę vix sufficere possunt Episcopo, qui iuxta regulas Sāctorum Patrum viuere cupit; non dico pro Episcopis huius sēculi; nam ex quo cum luxu magno viuunt, flens dico, non sufficiunt bis mille; Videmus equidem Episcopos cum vestibus indecentibus, & quod peius etiam breuioribus, & nigris nō solū in itineribus, quod licitum est, sed per magnas Ciuitates, in domibus suppellectilem nō modestā, sed superbam, viciū nō moderatum, & sobrium, sed lautū habere cernimus, quotidiē in cōmessatio-
 47 nibus, in luxis, ludis, comedijis, & in venationibus hēc omnia, si quis sacros legerit Canones, procūl dubio prohibita inueniet, hoc est, quod improbare voluit Deus in Ezech. c. 34. Veh pastoribus Israel; De hoc etiā lamētatus est ipsemet Christus cum Sancta Brigitta in libro reuelationum. Audi Diuum Bernardū in sermone ad Clerum congregatū in Cōcilio Rhemensi: Intuere quomodo incedur nitidi, ornati, circumambiti varietate tāquam sponsa procedens de thalamo suo nonne si quempiam talium repente eminus,

pro-

procedentem aspiceris, sponsam potius, quam sponsae putabis custodem: Vnde vero hanc illis exuberare existimes rerum affluentiam, vestium splendorem, mensarum luxuriam, cōgeriem vasorum argenteorum, nisi de bonis sponsa; inter haec est quod illa pauper, & inops, & nuda relinquitur, facio miseranda inculta, hispida, & exanguis; propter hoc non est hoc tempore ornare sponsam, sed spoliarie, non est custodire, sed perdere, non est difidere, sed exponere, non est instruere, sed prosternere, non est pascere gregem Domini, sed mactare, & devorare, dicete Domino de his, devorat plebem meā, ut panis cibum, & iterum, quia comederunt Iacob locū eius desolauerunt, & in alio Propheta, peccata Populi comederunt quasi peccatorū prætia exigunt, & peccantibus sollicitudinem non impendunt: Hæc Bernardus. Heu, heu ubi est exemplum, quod nostris subditis præstamus, à nobis sumunt quod imitetur, quomodo commissas oves redarguere, quomodo Sacros Canones obseruandos à subditis nostris exigeremus: Turpe est Doctori si culpa redarguit ipsū, oportet prius exemplo, postea verbo docere, vt fecit Magister noster Iesus Christus benedictus, qui cù in forma Dei esset non rapinam arbitratus est se esse equalem Deo, sed se ipsum exinanuit formam serui accipiens; Consideret Episcopus ubi Christus natus est, quomodo educatus, quid egit cum discipulis suis, quibus vestimentis opertus, quibus cibis vñsus, quid in morte, quomodo mortuus, & si

omnibus reliquit exemplum, vt sequantur vestigia eius, tanto magis & nobis Episcopis, qui loco eius pastores sumus; Ideo & lumen mundi, & sal nos esse dixit, vt omnibus i lumen præbeamus virtutum, omnibusque nostris operibus, verbisque condiamus. Audi iterum Diuum Bernardū in eodem loco in sermone fol. 1732. Vnigenitus, qui est in essentia Patris, nonne de sinu prodij suo ad publicum vestrum, nonne de Celo descendit ad terram, vt prædicatione, & conuersatione sua persuaderet hominibus contemptum mundi, nonne vos estis Vicarij, nonne quod predicauit, & vos debetis prædicare, quod dissuasit dissuadere, à Christo dicti estis Christiani, nonne in via, quod Christus ambulauit, & vos debetis ambulare, nonne, sicut conuersatus, & vos Vicarij eius debetis conuersari ita planè, nisi forte doctiores eo fueritis, vel sanctiores. Dicite ergo Archidiaconi, dicite Presbyteri, dicant etiam Pontifices in frenis, & in sellis, quid facit aurum, in vestimentis tantus ornatus, in cibis tam superfluis apparatus, esca ventri, & venter escis; Deus autem & huc, & has destruet: Hæc Dius Bernardus audite quid scriperit D. Paulus 1. ad Thimoth. c. 6. habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus; erat Episcopus Thimoteus. fratres charissimi, at mores nostri longe distant ab illis Episcoporum prisco- rum, qui omnes Sancti fuerunt, & vix inter tot vñus erat malus, nunc inter tot vix vñus Sanctus, de hoc etiam lamentatus fuit Christus cum

Henrico Susone in colloquio spirituali c. 4.

Neque respondeat mihi quis, Episcopus ego sum ex nobili prosapia natus, oportet, ut gradum nobilitatis tatis substineam: ideò necesse est, ut faciam, & habeam quæ conditio sanguinis mei secum trahit, & ultra ea, quæ habere debeo, ut Episcopus habeam etiā & quæ me decent, ut nobilis; nam ita concedunt quāplurimi Doctores magnæ authoritatis, ut sunt Molina, Sanchez, Leandrus, Layman, Reginaldus, Lugo, Bardus, qui docent in assignatione congruæ pro Episcopis attendendam esse qualitatē personæ. Hanc opinionem non audeo damnare; sed multas responsones tradere possem, relicta in primis pro nunc disputacione, an in assignanda portione sit habenda quoque ratio ad nobilitatem, de qua nuper dicturi sumus, quid de iure sit, & quid senserint Doctores; relicta etiam responsonie, quam ex Daniele Ottone facere possem; hic enim in *dissertatione de iure publico exemplū* assert de eo Episcopo, qui ut Princeps bellum gerebat & armis, siue bellicis uestimentis uestiebatur, & interrogatus, quare cum sit Episcopus ita bellum gerebat, & testibus illis utebatur, cum respōderet, et si Episcopus Princeps etiam sum habens iurisdictionem temporalem, respectu cuius qualitatis, mihi hoc agere licet, ei replicatum fuit, cum morieris, si anima Principis in Infernum descendet; Anima verò Episcopi quo ibit? hanc

enim responsonē dare nolo, quia hæretici est farina.

Sed aliter respondeo. omnibus notū qualis sit status episcopal, & quæ 54 oporteat Episcopum adimplere, quas esse debere suas qualitates, prout dicit Apostolus ad *Timoth. fidelis sermo*, si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non letiosum, non cupidū; quod repetiūt cū scripserit ad Titum, quæ etiam expostulat Christus Dominus à Pastoribus animarum, quæ Sacri Canones de Episcopis statuerunt præsertim Ecumenicū Concilium Tridentinum ab ipsiis met Episcopis celebratū, in quibus omnibus statutum est quomodo Episcopi debeant viuere quæque agere ipsos oporteat, estque status Episcopalis status perfectionis, ut *S. Thomas 2. 2.q. 184. art. 6.* & eruditè *Cardinalis de Turrecremata in summa Ecclesiæ lib. I. cap. 76.* & 77.

Ergo cum statum, conditionemque Episcoporum sciebat, cum quis ad 55 talem dignitatem promoueri possit est, certè voluntariè, & proprio consensu se obligauit ad illum statum seruandum non obstante sua conditione, & nativitate; se enim illi statui voluntariè subiecit ad *textum in l. obligamus ff. d. actionibus, & obligationibus*; quomodo igitur, & qua conscientia ab illo recedere potest sub prætextu nobilitatis, & san-

sanguinis prorogatiua; si hoc onus
nolebat, non debebat statum Epi-
scopalem assumere, cuius conditio
longè distat à nobilitate, qui enim
56 vult antecedens, vult omne neces-
farium consequens, & vice versa:
Audi Diuum Bernardum in ser-
mone ad Pastores in Synodo con-
gregatos fol. mihi 1728. Conside-
rate obsecro non vultum vestre nat-
uitatis, sed statum quotidiana cōuer-
sationi, & inferius fol. 1729. ita lo-
quitur. *Hæc sunt infelicissima tem-
pora, quæ præuidet Apostolus Paulus,
in quibus homines sanam doctrinam
nō substinent sed coecant sibi ma-
gistros ad desideria sua in quibus à
veritate se auertunt, & ad fabulas,
& vanitates sæculi cōuertuntur.*

Præterea & secundo respondeo, quod
vera nobilitas non consistit in vita
taliter ducenda, sed in virtutibus
57 præclaris, ut dixit Ioannes Patriar-
cha Alexandrinus suo consanguineo teste Bar. anno 600. n.u. *I. ha-
neste viuēdo omnibus exemplum præ-
bendo virtutis; cum enim talia, quæ
prohibent Canones peragis nō tibi glo-
riam, & honorem acquiris, sed virtu-
perationem etiam, à conciubus tuis
propria pecunia emis.*

Fuerunt multi Episcopi nobiles in
mundo, nisiulti secundum sanctiōne
58 Canonum, & præcepta Sanctorum
vixerunt, contempserunt omnia
propter Deū, quibus viuere Chri-
stus est, & morti lucrum, ut fuit
*Carolus Boromeus omnibus iam no-
tus nibilis Mediolanensis, ne posue-
Pij IV. Franciscus de Sales nibilis
Pedemotanus Episcopus Geneux;*

Alij verò nobiliter vixerunt iuxta
regulas nobilitatis; dic mihi de qui-
bus memoria recolitur, de ijs forsā,
qui in vita honore, & existimatio-
ne habiti sunt; an verò de illis, qui
secūdum regulas Christi Domini,
& formam Sacrorum Canonum
vixerunt?

Evidem quis nobilior primo Pastore
Christo Domino æquali Patri se-
59 cundum Diuinitatem, certè nulla
dari potest comparatio inter Chri-
sti nobilitatem, & quamvis huma-
nam prosapiam; cù nulla dari pos-
sit inter finitum, & infinitum pro-
portio, & tandem quomodò hic
Pastor nobilissimus vixerit quis
ignorat? Omnis enim Christi actio
nostra est instruēio dicit Augusti-
nus; quanto enim magis Christum
Dominum imitamur, tanto ei si-
miles efficiamur, & nobiliores cer-
tò certissimè euademos, ac maiore
honore, & existimatione erimus
apud omnes, sed hoc Nos ad ita
agendum mouere absit, sed solum,
ut Deo placeamus; ipsique sit ho-
nor, & gloria, quæcūque enim fa-
cimus, omnia ad Dei gloriam face-
re debemus, ne per hoc, quod agimus
laudes exterius queramus, & quod
foris ostēditur, intus mercede euacue-
tur dicit S. Greg. in Ioan. & quæ ma-
60 ior nobilitas, quæam Episcopalis di-
tatis, quæ & Reges antecellit, pro-
ut latè Sperellus in suo Episcopo p.p.
in primis capitib⁹: Tandem Iura
Canonica hanc distinctionem non
61 admittunt, simpliciterque man-
dant quid Episcopus obseruare de-
bet, nec sub prætextu nobilitatis

aliquid vel concedunt, vel ex obli-
gatione, & munere minuunt, apud
Deum non est personarum excep-
tio. In Tridentino fuerunt quam-
plurimi Episcopi ex nobili prosapia
62 orti, & tandem indefinitè constitu-
tum est quid Episcopi obseruare
debent nulla nobilitatis admissa
exceptione; Audeo enim dicere,
quod malum omne in Ecclesia Sá-
cta Dei, morumque corruptionem
per Episcopos, & per me omnium
indignum generari, & óriri; si enim
Pastores essent Sancti, ac Prisci illi
Primitiæ Ecclesiæ, & oues quoq;
sanctæ essent, Bonus pastor bonas
63 oues facit; pænitet enim me acce-
pisse tale onus, quia in me nō cer-
no qualitates ad tale munus substi-
nendum, & ò utinam Summus Pó-
tifex me ab isto pondere liberaret,
sineretque reliquum vitæ spatium
in claustris finire ò me felicem;
optauit Episcopatum, cum nō eram
Episcopus, cum illius onus in par-
tem me lateret; at cum nunc scio,
pænitet illum recepisse, ò bone Ie-
su ex toto corde Te deprecor con-
cede mihi per misericordiam, ac be-
nignitatem tuam lumen aliquod,
vires competentes spiritum talem,
vt huic muneri competenter, &
aliquo modo satisfaciam.

Pro cæteris verò ecclesiasticis, qui bo-
na, redditusque ecclesiasticos pos-
sident non potest assignari certa
quantitas pro eorum congrua assi-
gnanda, sed id arbitrio prudentis
viri remitti asserunt omnes; habe-
ri enim debet consideratio ad sta-
tum, seù dignitatem ecclesiasticam

quam repræsentant, vt tam ipse,
quam familia, quæ ipsi inferuit co-
modè, ac honestè substantati pos-
sit habito respectu ad locum, & ce-
teras circumstantias, nempe hospi-
talitatem exercēdam erga amicos,
consanguineos, magnates ad elar-
gitiones tam remuueratorias, quā
liberales, non tamen prodigas ad
ea, quæ ad vtilitatem Ecclesiæ ex-
pedit, ad infirmitates, ad itinera, &
cetera: quapropter omnes conclu-
dunt non consistere taxationem in
indivisibili, habereque latitudinem
ad instar prætij cuiuscumque rei,
quod habet infimum, medium, ac
supremum. Ita Molina de iustitia
tract. 2. disp. 145. vers. illud quoque
Sanchez in Cœcilijs c. 2. sub 78. dub.
41. Layman lib. 4. tract. 2. c. 3. sub
nu. 2. vers. supponendum 3. Lessius
de iustit. lib. 2. c. 4. dub. 6. n. 40. Car-
dinalis de Lugo lib. 1. de iustit. disp.
4. sect. 4. nu. 52. C 53. 66. C 67.
Reginaldus in princ. lib. 30. tract. 3.
c. 4. n. 107. C 108. Bardus d. q. 10.
sect. 6. nu. 2. 3. 4. C 5. lib. 3. nouis-
simè Fagnanus in c. si quis de pecu-
lio Clericorum à num. 17. Leandrus
tract. 5. disp. 3. de eleemos. §. 2. q. 57.
59. 60. 61. 62. 63. Petrus Barbosa
in l. diuortio 2. par. num. 68. ff. solut.
matrimonio Maranta to. 1. resp. 18.
nu. 23. vbi alios citat Thomas Hur-
tado regul. moral. lib. 1. in proemio, vbi
etiam æthimologiam, & definitio-
nem congruæ eruditè assignat, sed
negat hic Author habere latitudi-
nem instar prætij, vt infra, & regu-
lam constituit vniuersalem iuxta
ecclesiasticorum congruam, & sui
status

status familie decens, & honorabilis substantatio vietus, & vestitus iuxta conditionem gradus dignitatis, qualitatis, & religionis, in qua Clericus cōmoratur, qui non partam vitam debet ducere, sed poteſt facere decentes, & prudentia regulatos sumptus honorabiles, more ecclesiastico non diffusos ſecularibus pompis, & delicijs profanis. Ita *Hurtadus*, qui dicit hanc regulam deduci ex *Sancto Thoma*, ac aduertit sumptum, qui est moderatus vni, posse eſſe parcum respectu alterius; ſimiliter profanum respectu vnius eſſe moderatū, respectu alterius, & ſic attendendam eſſe qualitatem gradus, & personæ: *Vide ipsum nu. 66.67.68. D lib. 2. reſol. 1.n. 1.* ubi docet, quod congrua eſt ad inſtar dotis, quia ſicuti hæc datur prepter onera matrimonij, ſic illa: ob onera ſpiritualia, quæ ſubſtitueret Prælatus ad *Textum in o. 1. de p̄bendis in 6. C. c. cum ſecundum extrū eodem itt.* Sic etiam ad qualitatem Beneficij eſſe habēdum, respectum docent *Bardus loco cit. Molina d. disp. 145. vers. 1.* quare *Filluccius 10.3. tract. 41.c. 7. n. 21.* loquens de Eminentissimis Cardinalibus habet hæc uerba ſcribens; quodnā dici potest ſufficiens pro Cardinalibus, repondeo id quoque arbitrio boni viri definiēdum eſſe; quibus ſdam in Romana Curia affuetis, & alioquin prudentibus viris non videtur exceedere ſufficientiam, ſi quilibet Cardinalis habeat in ſingulos menses mille aureos, ē quibus centum in ſtabulum, centum in famulis minoribus,

tercentum in maioribus, quos nobiles vocant, centum in ſuppelleſtile, centum in veſtiendis per aſ frenarijs, centū in veſtitu pro ſe, & cubicularijs, centum, qui ſuperſunt in eleemosy- nam; Cardinalis autem Principis, vel Nepotis Pontificis, mille in ſingulas hebdomadas non videntur excedere ſufficientiam: nam centum aurei in ſingulos dies vix ſatis ſunt in minore Cardinale, ut etiam ſi pertingat ad ſexaginta millia aureorum in anno pro Principibus nō videntur excede- 66 re ſufficientiam: Denique pro Cardinalibus in fra Principes, & Nepotes, ut ſupra communes, vel ratione 67 ſingularis nobilitatis, & gradus, ve Vicecancellarij, Camerarij, Vicarij, Papæ, & huiusmodi quincentum aurei in ſingulas hebdomadas non excederet ſufficientiam. Quod ſi quid ſuperſit erogettur in pauperes, & pia loca conſtruant templa, hospitalia, collegia pro pauperibus ſcholaſticis alēdis, & ſimilia; nam etiam ad hæc par est Cardinales habere tantum in reditu, ut vel in totum, vel in partem transfundere poſſint, neque hæc menſura mihi ſuperflua videtur: hæc il- 68 le. Verum Augustinus Barb. tom. 2. de iure ecclesiastico lib. 3.c. 17.n. 20. id arbitrio prudentis viri remittendum eſſe censet. Sed Cardinalis de Lugo d. d. sp. 4. ſect. 4.n. 56. dixit Filliūciū loquutum fuiffe Non de congrua ad ſubſtentionem necessaria, ſed de cōgrua, ſeu ſufficientia quoad redditus, ob cuius defectum poſſit diſpēſari ad pluralitatem benefiſiorum; ipſe tamen Cardinalis de Lugo noluit rem- deter-

determinare, sed ipsis met Dominis Cardinalibus iudicādam reliquit. ita Lugo nu. 58. & 59.

Fagnanus autem in d. c. si quis sanè de 70 peculio Clericorum n. 33. vers. limitatio existimat quatuor millia scuta annua nō posse sufficere pro vi-etu Cardinalis, etiam secundum di- spositionem Tridētini sect. 25. c. 1. de reformat.

Pro certo tenendum est, quod de iu- stitia debetur portio Beneficiato, 71 seù alteri Ecclesiastico, qui habet beneficium ecclesiasticum, seù ec- clesiasticam dignitatē; dignus enim est operarius mercede sua, & vt se- pè dictum est; ait enim *Apostolus ad Corinth.* I. c. 9. quis militat suis sti- pendijs unquam? quis plantat vi- neam, & de fructu eius non edit? quis pascit gregem, & de lacte gre- gis non manducat? & infra nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, que de sacrario sunt edunt, & qui Altari deseruiunt, cum Altare par- 72 ticipant? optimaq; ratione intro- ductum id fuit, vt portio hæc de- beatur Beneficiatis; nam si alijs indigentibus ecclesiastici debeant di- stribuere, quare non sibi indigentibus? Charitas enim ordinata est, & naturaliter primo debemus nobis ipsis, posteà alijs; Nam, vt dicit Legista. Prima charitas incipit à se ipso l. *Præces C: de seruit. & aqu.* Et vt dicit S. Thomas 2. 2. q. 26. art. I. 73 in charitate ordo esse debet; Dile- ctio autē charitatis ad id tendit, si- cut in principium beatitudinis, in cuius communicatione amicitia charitatis fundatur; & ideo opor-

tet, quod in his, qui in charitate diliguntur, attendatur aliquis ordo secundum relationem ad primum principium huius dilectionis, quod est Deus; ex charitate autem homo magis se ipsum tenetur diligere, quam proximum, vt idem S. Thom- as 2. 2. q. 26, art. 4. in corp. vbi di- cit, quod Deus diligitur ut princi- pium boni, super quo fundatur di- lectionis charitatis; homo autem se ipsum diligit ex charitate secundum rationem societatis in se ipso bo- no; consociatio autem est ratio di- lectio secundum quamdam vni- nem in ordine ad Deum; & ideo homo ex charitate debet magis se ipsum diligere, quam proximum. Hinc fit, quod cum Episcopus, vel 74 Beneficiatus teneatur distribuere res Ecclesiæ in pauperes, vt ala- tur ex ipsis, & eorum necessitati- bus succurratur, priùs debet ex or- dine charitatis sibi succurrere, & proprijs necessitatibus subuenire. Hoc, vt dixi, certum est, & admit- tunt omnes Doctores.

Sed dubium potest esse, an in consti- tuenda, & assignanda portione, ha- 75 beri debeat respectus ad literatu- ram, & nobilitatem, itaut ratione istarum qualitatum maior assigna- ri debeat portio. Negant Robert. Mazzu in Speculo Episcoporum p. I. fol. 40. sub nu. 775. Lorca 2. 2. sect. 3. disp. 40. nu. 39. quia Beneficij fructus dantur pro competenti substentatione Beneficiati quatenus Beneficiatus: ergo ex maiori nobilitate, aut doctrina nequit il- lius competens substentatio cresce- re.

76 re. Item literatura est qualitas necessaria ad statū etenim debent ecclesiastici scire ea, quae eorū incubit officio; ergo ex parte hac nequit clargiri portio. Rursus dicit *Lorca*, quod status Episcopatus est status perfectionis, & sacerdotialis, in quo potius dimittēdi, quam fauendi sunt faustus. sacerulares, & nobilitas personæ, & ipse beneficiatus potius debet submittere humanā nobilitatem, ecclesiasticæ modestiæ eodem modo ac si fiat monacus, quam deducere humilitatem ecclesiasticam nam ad pompam huius seculi, ecclesiastica beneficia non sunt instituta ad souēdam sacerularem nobilitatem, & pompam, sed pro ministris Ecclesiæ, & pauperibus. Denique notat *Lorca*, quod si filius Regis fiat Episcopus non potest habere maiores redditus, quam alij Episcopi.

Contrariam verò sententiam substi-
78 tuerunt *Molina de iustit. d. disput.*
145. vers. dubiū est hoc loco *Sanchez*
lib. 2. consil. dub. 4. n. 9. Layman.
lib. 4. tract. 2. c. 3. sub n. 2. vers. in-
super Reginaldus lib. 30. tit. 3. c. 7.
n. 106. Nauarrus de redditibus q.
1. monit. 8. 2. n. 7. *Leandrus d. §. 2.*
disp. 5. q. 58. Hurtadus lib. 2. resp. 1.
n. 133. qui dicit Lorcam nō tene-
re contrariam opinionem, ipsumq;
defendit. Probant, quia *Apostolus*
ad Timoth. c. 5. dicit qui bene p̄-
sunt Presbyteri duplii honore di-
79 gni habeantur. Item quia in cap. de
multa de p̄bēdis disponitur, quod
ob nobilitatē, vel literaturam quis.
dignus est, vt plura beneficia pos-

sit obtainere. Sic etiam in *Estrauaganti execrabilis de p̄bēdis*; ergo signum est eidens, quod nobilis, vel doctus maiori est dignus congrua portione pro sua substantiatione; sic etiam tenet *Barboſa d.*
tom. 2. lib. 3. c. 17. n. 20. Bardus loco
80 *cit. sect. 8. n. 1. 2. quod cū moderamine intelligit Molina*, vt quando aliundē haberet maius illud incrementū, quo vlt̄ ordinarios similes beneficiatos ad suā substantiationem indiget, tunc neque dignitas, nobilitas, aut literæ in causa erunt, propter quod dignus etiam sit vt maius illud incrementum, & plusquam alij ex redditibus beneficiorum possit accipere, sed reliquum operibus pijs. vt alij, tenebitur erogare; Quando verò aliundē non haberet vndē cum illo incremento cōmodè posset substantari, vel illo etiā incremento esset dignus, propter maiorem utilitatem, quam ob suam authoritatem, vel suis literis Ecclesiæ affert, & plurimum iuuaret, posset etiam illud incrementū de redditibus beneficij, aut beneficiorum accipere; hæc etiam fuit doctrina *Nauarri loco citato*.

Sed *Cardinalis de Lugo loco cit. sect. 4.*
n. 61. dicit Doctores huius senten-
82 tiæ implicantium dicere; nam ex
vna parte admittunt posse Clericū
nobilem sumere ex beneficio ad vi-
uendū iuxta statum suæ personæ,
& quod licet ex beneficij redditibus
vnicuique sumere ex beneficio
ad integrum substantiationem vnde-
cumq; maiori, vel minori indigeat;
ex alia verò parte docent, quod si
Cle-

DE RECTA DISTRIBVTIONE

Clericus aliundè habeat vndè iuxta qualitatem suæ personæ viueret, non posset accipere ex bonis ecclesiasticis, nisi substantationem iuxta qualitatem beneficij; hæc enim duo non satis cohærere dicit *Lugo*, cum constet Clericum diuitem posse accipere integrè ex fructibus beneficij suam substantationem; si ergo filius Principis, ait *Lugo*, potest ex fructibus ecclesiasticis sumere necessaria ad substantationem iuxta conditionē suæ nobilitatis, & quod ex beneficio possit accipere congruam substantationem, quæcumque illa sit, consequens est, vt licet aliundè possit substentari, possit adhuc totum id ex fructibus beneficij accipere.

Docet tamen *Lugo* has duas pugnantes sententias facile posse ad concordiam reduci; dicit enim ille diversam esse rationem quando Clericus Princeps non habet aliundè vt possit iuxta suum statum, & conditionem decenter viuere, vel quando id aliundè habet; in primo casu facile id concedi posse dicit, quod ex beneficio accipiat quantum ad id necesse est; seruatis tamen conditionibus secundæ sententiæ, & hoc non quia possit integrum accipere à beneficio substantationem, sed quia piè expenditur, quod necessarium est ad conseruandum aliquem in aliquo statu, in quo decenter aliundè conseruari nequit, cū verè indiget tali substantatione, poterit licet ex ecclesiasticis bonis subleuari; consilendā tamen vniuersalique conscientiam, & Chri-

stranam prudentiam dicit *Cardinalis de Lugo*; nam filius Principis factus religiosus nō indiget tanto, quanto si esset in sæculo.

In secundo vero casu quando aliundè haberet ad substantandum statum iuxta qualitatem, & conditionem personæ, tunc dicit *Lugo*, quod nō poterit accipere nisi quantum sufficit ad substantationem decentem iuxta considerationem, & qualitatem beneficij, addito aliquo excessu moderato propter illam prærogatiuam vel nobilitatis, vel doctrinæ; non tamen quantum necesse erit ad statum illum substantandum iuxta personæ conditionem. Assignat rationem *Lugo*, quia beneficia nō sunt instituta ad substantandos ecclesiasticos, qui eo prætextu velint Ecclesiæ expensis sacerdotalibus obligationibus satisfacere, & parcere his sacerdotalibus, vt eos in alias vanitates expendant; perniciosum enim esset valde ecclesiasticos Ministros sibi assumere, quorum substantatio adeò onerosa, & difficilis esset, & pro opera pia, ac ministerio communi soluere stipendum adeò excessiuum, & subire onus substantationis adeò graue, & ad Ecclesiæ utilitatem omnino impertinens; Absurdum quippè esset si Prorex Siciliæ fiat Archiepiscopus Montis realis, cuius maximè sunt redditus, & labor exiguis propter Diœcesis paruitatem, & paucitatem subditorum, posse huc ex redditibus ecclesiasticis substantiare statu: Hec *Cardinalis de Lugo*.

85 *Bardus d. sect. 8. nu. 4. Hurtadus d. lib. 2.*

lib. 2. resol. 1. nro. 135. qui etiam limitat, nisi adessent graues necessitates; Nam tunc non licet ratione nobilitatis, vel literaturæ accrescere congrua.

Addit etiā idem, Cardinalem ob præstantiam magnæ nobilitatis, vel literaturæ aliquid plus accipere posse ex Ecclesiæ redditibus; nam licet Ecclesia non teneatur clero conferre ad viuendum iuxta gradū nobilitatis, & doctrinæ; debet tamen eiusmodi personis magis stipendijs dari, propter maiorem valorē talis obsequij. Adducit exēplum si Rex mittat Legatum aliquem nobilissimum Principem, qui affluens bonis splendide viuat, vel etiam ad Provinciam gubernandam, debet addere aliquid plus stipendij propter dignitatem talis personæ, & obsequium quod præstat; Sic si Cardinalis Princeps inuitet ad suū obsequium aliquam illustrem personā; Ità Ecclesia plus debet Clerico, nobilitate, aut doctrina præstanti propter maiorem valorem talis obsequij; id autem quantum debeat esse arbitrio prudentis viri remittendum.

Respondet ad contraria *Cardinalis de Lugo*, & ad fundamentū primæ sententiæ dicit, non omnem excessum nobilitatis, vel doctrinæ sufficere ad excessiuē stipendum augendum, sed talis, ex quo peculiaris dignitas Ecclesiæ accrescat remuneratione digna, statum clericalem esse statum humilitatis, & modestiæ; cum quo tamē stat, ut nobilitas, & alia merita per-

sonæ exigant intra illos terminos aliquem vel spendorē, vel cultū, cui non sufficient bona Clerici patrimonialia, & est quasi indegens ad substatuendum statum; nam quia sunt bona ecclesiastica, sunt etiam instituta ad subueniendum jis, qui ob indigentiam proprium statum substatuer non possunt, vnde potest & ipse accipere ex redditibus ecclesiæ. Ita etiā videtur respōdere *Bardus*

loc. cit. d. sect. 8. n. 4. c. 8. & ad id, quod dicit *Lorca* statū episcopalem esse statum perfectionis, & sacerdotialis, respōdet hoc non sufficere, quin cum Episcopus est ex illustri prosapia, non possit pro cōditione suae personæ splendidiorē familiā habere, quia hoc non derogat modestiæ illi, quæ comitari debet episcopalem statum, vel statū alterius dignitatis inferioris, neque ex eo, sequitur quod grauitas, & decor requisitus pro nobilitate personæ ait *Bardus*, efficiet ut præponatur humana nobilitas ecclesiasticæ modestiæ; nam modestia, &

*humilitas ecclesiasticæ personæ, & decor præcepti nobilitatis non, pugnant inter se; Et argumentum desumptū à statu religioso nō probare subnecit *Bardus*; nam quandoq; aliquis quacunque nobilitate ornatus relinquit sacerdotium, religio nemingreditur, assumit nouū statū, & totaliter se spoliat fastu sacerdotali: Quare omnis pompa sacerdotalis est abicienda in tali statu, quia est statutus abiectionis propriæ, & humilitatis; status autē episcopalis nō est ita: Nam quamvis sit status per-*

C fectio-

DE RECTA DISTRIBUTIONE

fectionis; cuius tamen perfectio non exigit, ut Prælatus non seruet decorem pro qualitate suæ nativitatis, & prosapiæ. Insuper *Bardus* admittit, quod beneficia ecclesiastica non sunt instituta ad fouendam nobilitatem sacerdotalē, sed ad alendos ministros in ordine ad Dei cultum, sed in aliis ministris etiā attēdendam ipsorum qualitatem; nec rationabiliter esse, designandam eamdem substētationem pro aliquo eximiæ nobilitatis, & pro homine plebeo, & ignobili asceverat, & redundare in maiorem decorem, & splendorem ecclesiastici status, in eo inuenire dominos illustres prosapiæ, & rursus cōcedo, ait ipse finē erectionis beneficiorū, & donationū, quæ à fidelibus ecclesiæ factæ sunt, non esse primò, & per se applicare maiorem redditum co-piam personis nobilibus, sed esse velut consequenter intētum; cum enim eriguntur beneficia ecclesiastica, varijs redditibus dotantur, vt ministri alantur, debet hoc inuolui, vt vnicuique ministrorum sint applicandi tot, vel tot redditus secundum congruam eorum substētationem spectatis moribus, quæ concurrunt ad augendam congruā dotem, & annum debitæ substētationis. *Hæc Bardus.*

Ad fundamentum secundæ sententiæ respondet *Lugo*, primò *Innocentium III. ind. c. de multa personis illis familiis indulgeri pluralitatem beneficiorum*, quia plerumque indiget necessarijs ad substētandum gradum sācum intrà terminos mōde-

93

stiaclericis. Secundò quia compensari debet ille honor maior quā Ecclesia ab eorū ministerio, & clericatu accipit, nam turpe, & inde 94 corum esset ecclesiastico ordini, ob angustos terminos substētationis non inuenire ministros, nisi abiectæ conditionis, & famæ. Tertio, quia non solum honorem, sed operam, & utilitatem longè maiorem 95 Ecclesia accipit ab his ministris, qui conditio, & potētia illam defendunt, & sic plus stipendij recipere possunt; fuis hęc omnia *Cardinalis de Lugo*, At *Guliel. Redoanus in tract. de spolijs clericorum quest.* 3. §. sed in contrarium n. 19. fol. mihi 55. ita in hac materia scribit *Atque in tali sustentatione vel victu commode subministrando clericis de redditibus Ecclesie est habenda ratio nobilitatis personæ 41. dist. non cogātur Item scientia, c. de multa de prebēdis. Item dignitatis ff. de varijs, & extraord. cogn. l. 1. § in honorarijs, & l. sed, & si quid §. 1. ff. de usufruct. quia alijs cibis vescuntur nobiles, alijs, viles pauperes, & alio modo vivunt nobiles, alio pauperes *Innocentium in c. dudum 2. ad finem de elect. Glos. in c. constitutus in verb. impotentia de appellat. Philip. post alios in c. de multa in fine de preben. 3. col. vers. sublimes, & literatas S. Thomas in 6. quolibet 6. art. textus in c. de multa in fine de prebend. & alios ut latius dicturi sumus in questione ex quibus presumatur clericus acquirere, & quatenus dicit Glosa, quod, debet sufficere sibi, & suis; intellige de his, quos secum necessario debet habere, nā si**

si Doctoř, vel nobilis, vel habens dignitatem ecclesiasticam, nō debet esse solus, nec sine ministro. Sed iltud die procedere secundum iurā modernā; quia secundum antiquā, sufficiebat dare iantum, quod esset fatis, & necessaria hodie verò cū auxerit Deus Ecclesia atq; ipsum decus Ecclesiastū, non satis est dare clero quantum sit satis ad necessaria, sed quantum sit satis ad vivendum commode, iuxta personae qualitatem, gradum, & conditionem per glossam in c. 21. q. prima in verb. necessitatem in fine, per textum in cap. vasa decenserat dist. 1. per Glosam in cap. cum adeo de re scriptis, aliquid enim sufficit vñs quod nō sufficit alteri, & minus sufficit manēti extra vias continuas quā in vijs etc. ex melior vi. Itus vel peior dandus est secundum qualitatem personarum & nomine. cibariorum nō intelliguntur vestimenta nomine verò alimentorum veniūt uestes, & habratio per Glosam in verbo cap. Episcopus 10. q. 2. sup. allegat. qui i hodie clerici nō debent viuere ita strictè sicut olim, & dos. est assignanda magis ampla beneficiatis hodie, quā alio tempore fiebat per Glosam in c. episcopatum 41. dist. & non debent hodie. Episcopi habere vitam ita strictam in visitationibus, & procurationibus, quia hodie crevit decus Ecclesiae cap. vasa preallegat. per Io. di Silua. in tract. de benef. I. par. qu. I. nu. 28. & seq. ubi vide, pro eo quod hodie est difficile dicere, quod fructus sufficiat beneficiato quia plus uni, & minus alteri sufficit, secundum qualitates, & conditiones illorum.

Sed magis mouere debet authoritas Sancti Thomae quolibet 6. art. 12. ubi non obscurè docet quod congrua debetur secundum conditionem status, & personæ, & loquitur si quis bona fide dispenset ecclesiastica bona inde accipiens quod sibi conuenit secundum conditionem status, & personam etc. Huc, & alia docēt Doctores circa hūc 96 articulum; Vnde velim ò benigne lector dicta supra lano modo intellegas, nempe me esse loquutum de Episcopis illis, qui non intrā modestiam decentem volunt substinerre nobilitatem, sed prorsū viuunt ut nobiles saeculares; imò plus, & peiora faciunt quam saeculares ipsi; quandoque enim vidi modestiores Princeps saeculares, quam Episcopos, loquor de exterioribus; nō autē de qualitatibus interioribus, quas 97 solus Deus iudicat; nos autem ad exteriora magis tenemur, vt proximo nostro, subditisque nostris bonum praestemus exemplum, vt in Canone 12. q. 1. vbi Augustinus ait. duo sunt res, conscientia, & fama, conscientia est necessaria, tibi fama proxima tu, qui fidens conscientię sua negligit famam suam crudelis est. De his loquitur Diuus Bernardus in serm. ad Clerum congreg. in Synodo 98 Rhenensi ita scribens. Hodie putridi tabes per omne corpus Ecclesie quo latius, & desperatiū, eoque periculis quo intestinius; nam si insurgeret apertus hereticus mitteretur & arseret, si violentus inimicus, absconderet se quis forsā ab eo; nunc frās quomodo eiciet! aut quomodo abscondet se, omnes amici, & inimici

omnes necessarij sumus, & domestici,
 & nulli pacifici, omnes que sua sunt
 quarunt, omnes Ministri Christi sūt,
 & seruiunt Antichristo, honorati in-
 cedunt de bonis Domini, cui honorem
 non deferunt; unde hic est eis, quem
 quotidie videmus, meretricius nitor, hi-
 stionicus habitus, Regius apparatus;
 Vnde aurū in frenis, aurum in sellis,
 & calcaribus, & plus nitent calua-
 ria, quam altaria, unde mensæ splē-
 didæ, & cibis sciphis, inde commessa-
 tiones, tibic, & ebrietates, inde citha-
 ra, & lyra, & tibia redundantia torcu-
 laria.

Antequām ad vteriora procedamus
 illud notandum est etiam hic, quod
 99 Molina d. disp. 145. vers. primum
 est ait, nempe pro qualitate benefi-
 ciij, & quantitate reddituum etiam
 esse licitum maiorem, splēdidiorem
 familiā maiora habere, atque adeò
 plus in suam congruam substantia-
 tionē insumere posse; quis enim di-
 cat dicit Molina, tantum fas est in-
 sumere de fructibus sui beneficij in
 suam congruam substantiationem Ca-
 nonico, quantum Episcopo eiusdem Ec-
 clesiae, aut quantum Decano, si longo
 interuallo redditus Decanatus ilius
 Ecclesiae superant redditus simplicis
 Canoniciatus; quis item dicat tantum
 fas esse similiter insumere Canonico
 Conobricensi quantum Eborense, Con-
 chensi, aut Toletano, quorum Cano-
 nicatum redditus in duplo, aut tri-
 plo, superent redditus Canonicum
 Conimbricensium, iut tantum fas esse
 insumere Episcopo Portuensi quantū
 Conobricensi, aut Granatensi Archie-
 piscopo quantum Toletano, cum red-

ditus Toletani, & Conibricensis in
 triplo, aut quadruplo superent reddi-
 tus Granatensis, & Portuensis; Eam-
 dem sententiam docet Dominicus de
 100 Soto d.lib. 10. de iustit. & iure qu.

4.art. 3. sub 6. concl. ibi qua propter
 Episcopos, qui ditior est, non est cur
 non possit apliorem alere familiam, &
 maiores facere sumptus: quis enim re-
 nuat, quin Episcopi Hispaniae possint
 splēdidiorem domū substantare, quam
 Itali. Quippè qui duplo aut triplo plus
 locupletiores habent Ecclesias; Sic
 etiam Leandr. loco cit. q. 59. qui ci-
 tat Castrum Palauum. Hanc etiam
 sententiam sectatur Bardus d. sc. Et.
 7. qui docet, quod in constituenda
 eongrua sit habenda ratio ad qua-
 litatē beneficij si loquamur de qua-
 litate beneficij in quantum ad gra-
 101 dum; nam quanto magis est di-
 gnis, eo maior est obligatio sub-
 stentandi decorem dignitatis, & ci-
 tate Azor. inst. moral. par. 2. lib. 6. cap.
 10. q. 9. Filliuc. tra. Et. 41. cap. 7. nu.
 19. Barbosa de iure Ecclesie. lib. 3.
 cap. 17. nu. 20. & alios. Si vero sit
 sermo, ait Bardus de qualitate bene-
 ficij respectu redditus, quia scilicet
 est pingue, de hoc quoq; habendam esse
 tionem, quod valde rationabile arbi-
 tror, & ita quoq; Marant. tom. I.
 resp. 18. nu. 23. Barbosa in l. diuor-
 tio 2. p. nu. 68. ff. sol. mair.

Item pro certo notandum venit, res-
 pectu bonorum, que possident Ec-
 102 clesię iure speciali, cuiuscunq; ge-
 neris sint, siue mobilia, siue stabilia,
 siue iura, actiones, & redditus, siue
 ad certum, siue incertum usum sint
 destinata, Episcopos, & alios Rec-
 tores

tores nihil omnino insumere posse pro congrua, sed de his esse meros dispensatores, & procuratores, & teneri de fidelitatem administratione, & de his intelligitur, quod in sacris literis dicitur. *Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus superfamiliam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram, & Diuus Paulus. 1. ad Corinth. c. 4. hic iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur, respectu horum si male administrant, si sibi appropriant non solum peccant, sed tenentur ad restitutionem, ut Deo dante, infra dicemus; de ipsis enim loquuntur.*

103 Canones citati, qui voeant Episcopum administratorem, & procuratorem, & de his etiam loquitur. *S. Thom. d. 2. 2. q. 185. art. 7. in corp. vers. de redditibus, & in hoc concordant omnes, quos hucusq; legi, horumq; dominium non penes Episcopos, & Rectores est, sed tantum, ut dixi administratio, & procuratio; dubitant tamen Doctores dominium horum honorum penes quem sit, sed transfeat pro nunc hoc de quo suo loco dicemus: & sufficiat nobis hic asserere respectu horum esse Episcopos, & Rectores simplices administratores, neque de his congrua deberi, vel posse vindicari. Sic Ecclesia S. Angeli Lombardorum, & Bisacien. olim meæ Cathedrales*

104 dilectissimæ, à quibus translatus iussu, & motu proprio Sanctissimi Domini nostri Innocentij Diuina prouidentia Papæ XI. habent suos speciales redditus ad propriam substitutionem cappellæ, & quâplu-

rina bona, & introitus, ego etiam primus, & præcipuus administrator, sed non poteram ad mei libitum disponere de illis, sed fideliter, ac in usus pios, ac pauperum alimoniam. Itē Ecclesia Nuscana, cuius titulus est Sanctus Amatus habet, ut dicunt Nuscani, thesaurum, & horum reddituum, & bonorum Episcopus administrator tantum est, prout etiam supra notatum est cum Sarmento, & alijs, quibus adde *Facundez de iustit. lib. 6. c. 10. nu. 6.*

Et de his bonis loquutum sacrosanctū Tridentinum Concilium sect. 25.

105 c. 1. de refor. asserunt quā plurimi nostri Doctores Molina disput.

142. lit. 3. vers. Nauar. in Apologia, Lorca 22. sect. 3. disp. 40. n. 44. Filiiuccius de spolijs clericorum c. 4. n. 9. vers. non obstat tertio, quam explicationem non impropriam dicit Cardinalis de Lugo disp. 4. sect. 3. n. 12. sed tamen ipse Cardinalis aliter interpretatur dictum locum Tridentini.

Item quoque certum est, & admissum ab omnibus Doctoribus, quod sci-
106 licet bona, quæ acquirunt ecclesiastici non tamquam fructus beneficij, sed tamquam pretium eorum laborum, officij, & industrie, ut sunt ratione alicuius officij, nempè Iudicis, Aduocati, Vicarij, & similiūm quæ quasi patrimonialia appellantur à quā plurimis Doctoribus: hæc inquam bona esse omnino Clericorum, nec metienda esse cum regulis Canoniceis disponentibus de bonis ecclesiasticis, nec computanda esse in congruam, nulliq; oneri esse

esse obnoxia præterquam illis qui
107 bus uti Christianus quis tenetur.
Ita omnes *Nadar* de redditibus eccle-
siast. q. 1. monit. 22. in princip. Redoan-
nus de reddit. ecclesiast. q. 1. §. addicte
nu. 1. & 2. fol. mihi 29 2. *Filliucc.* d.
spolijs cler. c. 3. n. 12. 13. & 15. Mo-
lina to. 1. tract. 2. disp. 14 2. in prin-
cip. verf. alia sunt, *Lessius de iustit.*
lib. 2. c. 4. dub. 6. *Lugo loco cit. sect. 3.*
na. 23. *Reginald. lib. 30. tract. 3. c. 7.*
nu. 74. cū seq. Sanchez lib. 2. consil.
c. 2. dub. 37. n. 3. dub. 45. *Adde Fa-*
cundez de iustit. lib. 10. nu. 1. *Hur-*
tadus. lib. 2. resol. 1. à n. 86. cum seq.
Dubitant vero quid dicendum de
his, quæ acquirunt clerici ob distri-
108 butiones quotidianas: Aliqui af-
serunt de his quoque iudicandum
sicuti de fructibus beneficij; Alij ve-
ro minimè, sed fieri etiam dominos
ac de patrimonialibus: ita *Lugo*
num. 25. *Reginaldus nu. 9 2.* *Filliuc.*
tract. 43. c. 3. nu. 11. *Redoan.* de re-
bus ecclesiæ q. 1. rubr. *hac materia nu.*
19. & 20. fol. mihi 29 6. & de spolijs
clericorum q. 1. sub num. 27. & 28.
quia dantur in stipendium assisten-
tiæ, & laboris, & mihi videtur *Tex-*
tus expressus in c. unico de clericis nō
residen. in 6. sic quoque docet *Azorius*
p. 2. lib. 7. c. 9. q. 10. *Barbosa d.c.*
17. nu. 31. *Facundez de iustit. lib. 6.*
c. 10. nu. 9. quia ob opus personale
præstantur, & fuit opinio *Germi-*
nianis & *Franci* in d. cap. unico *Phi-*
lip. *Decius conf. 279.* in meo vol. 1.
Paul. Paris. conf. 33. nu. 8. vol. 4. se-
quitur *Azor.* de spolijs cler. c. 3. n. 11.
Filliuc. de spolijs cler. c. 3. n. 11. *Ia-*
son conf. 76. nu. 8. lib. 3. *Hanc etiam*

sententiam tenet *Bardus* post scri-
pta. viii. d. q. 10. num. 5. dicit idem
procedere quando beneficium plu-
res habet fructus, sed solum distri-
butiōes quotidianas, & respondet
ad argumenta cōtraria, ceterum lo-
quimur de veris distributionibus,
quæ dantur ob intermissionem in di-
uinis officijs, ut latius explicat *Ro-*
doan. de spolijs cler. q. 3. §. & in hac
materia nu. 5.

Dubitatur etiam de pentionibus num
quid redditus pentionum compu-
109 tandi sint in congruam, in qua
difficultate adiunt Doctores pro
vtraque parte; nam sortiri naturam
reddituum, beneficiorum affir-
mant plerique *Nauar.* de reddit. q.
1. monit. 3 2. nu. 79. *Filliuc. tract. 43*
c. 4. nu. 19. 20. & 21. citatur pro
hac eadem sententia *Redoan.* loco
semper cit. de redditibus à nu. 25. cum
sequentibus, sed nescio an sit dictæ
opinionis. Cōtrariam vero senten-
tiam tenent quamplurimi *Azorius*
p. 2. lib. 7. c. 9. q. 12. *Sanchez. d.c. 2.*
dub. 47. nu. 4. *Tambur.* de iure Abb.
disp. 11. q. 15. num. 17. *Barbosa* pro
hac sententia multos citat de iure
ecclesiast. tom. 1. lib. 3. c. 17. de fructi-
bus beneficij n. 33. hanc probabilem
testatur *Lugo loco cit. n. 3 2.* concor-
dant alijs, ut prima opinio procedat
in pentionibus ecclesiasticis, quæ
dantur in titulum, secunda si non
110 in titulum, sed laicis; huius sen-
tentiae videtur *Reginaldus loco cit.*
nu. 94. dum ait quæ dantur in titu-
lum teneri in congruam computa-
re; Sic quoque mihi videtur *Redo.*
loco cit. & ita etiam tenet *Barbosa*
loco

loco cit. Hanc etiam sententiam probabiliorem dicit *Bardus loc.cit. q.10. sect. 13.n.5.* & ego probabilissimam existimo; nam redditus pensionum ecclesiasticarum, quæ dan-
 i 111 tur in titulum, & ecclesiasticis tantum viris sunt verè fructus, ac redditus ecclesiastici, & habet verā naturam bonorum ecclesiasticorū quia soluuntur ex redditibus Beneficiorum, & Episcopatum, seu Abbatiarum: Vnde certò hi redditus existimandi sunt veri ecclesiastici, & in his locum sibi vendicant Canones, & cæteræ Constitutiones Ecclesiasticæ, & nescio quare non sint computandi in congruam ec-
 i 112 clesiasticorū; sed vide *Reduan. de spolijs d.q. 3. §. & in hac materia n. 6. cum seq.* incertas autem oblationes non cōputari in congruam pro certo tenendum est; nam venter non potest ab incerto pēdere. *Hur- tatus lib. 2. re sol. 1. n. 8. & 9.*

Hæc, tertium iam currit lustrum, cu-
 mulaui; Verum cum opusculum typis mādare iam deliberassem ve-
 nere in manus meas tres Sacrae Rotæ decisiones, prima in *Sancti Seueri congruae coram Ottalara 22. Iunij 1665.* quæ est impressa in 14. parte recentiorum 342. in ordine; secunda in *Adrien. & Penen. congrue prima Febr. 1673.* & tertia in ea-
 dem 27. Iunij 1674. manuscripto, quas omnes infrà apponam; in-
 quibus decisionibus Sacra Rota taxauit congruam pro Episcopo in
 ducatis septingentis huius monetæ Regni, atque Romæ à multis illius Sacri Tribunalis Patribus audiui

distinguī cōgruam Conciliarem ab alimentari, quasi illa destinata in Sacro Concilio Tridentino non sit congrua alimentaris. Ceterum, & si Sacram Rotam vti cōmunem no-
 i 114 stram magistram omnes venerari debemus, neque fāsit ab eius decisionibus recedere, crimenque graue esset eius dicta nō recipere, & peius infringere: rogo tamē benignitas patres, vt mihi indulgeant, ea quæ coram Deo sentio, liberè, & cū inge-
 nuitate, & animi candore pandere sanè. Quod cōsidero est, quod Pa-
 tres illi tām cōspicui, qui Sacro i-
 terfuerunt Tridentino Cōcilio be-
 nē trituratum quantum sit neces-
 sarium ad congruē vitā Episcopa-
 lem substantandam; Ideò decreue-
 rūt Cathedrales Ecclesiæ, quarum
 redditus summam ducatorū mil-
 i 115 le secūdum uerum annūm va-
 lorem non excedunt nullis pētio-
 nibus, aut reseruationibus fructū
 grauari, vt legitur in *sept. 24.c. 13. de reformat.* benē enim cōsiderau-
 runt, nō minores redditus sufficere posse ad cōgruam Episcoporū sub-
 stentationem; hos inquam ducatos mille assignasse dicēdū est Episco-
 i 116 pis pro eorum vitē substētatione.
 Sic pro alimētari congrua, & vt su-
 pra iam ostēdimus adamussim hos ducatos mille esse præcisē necessa-
 rios ad Episcoporū congruā, & ali-
 mentationē, non dico ad luxuosam
 vitā, sed parcā, & modestā ducendā;
 nō tamē expedit tām arctē restrī-
 gere cōgruam Episcoporū, quia ex
 tali restrictione duc malapernete-
 i 117 se sequuntur, primū, quia datur
 eis.

eis occasio mittendi manus ad illicitam ; cum enim Episcopo desunt necessaria ad commode viuendum, ut commode viuat omnia venalia facit, & ecce quod potestas episcopalis à Christo Domino in ædificationem instituta in destructionem transit; Populi enim videntes omnia per pecuniam peragi , Episcopumq; ad hanc intendere, maximo afficiuntur scandalum , dignitatemque episcopalē paruipendunt . Secundum malum , quod inde sequitur est , quia auctoritas ab Episcopo facultas, seu potentia erogandi eleemosynas in pauperes , quæ pars essentialis , & intrinseca est muneris episcopalis ; eleemosynas quippe clargiri proprium est Episcorum, ut latè ostendi in tractatione tu de vera residenzia Episcorum; Ideò Patres pauperum à Sacris Canonibus, Sanctisque Patribus sunt vocati ; Quicquid habent Episcopi quasi pauperum est , ut dicere possint pauperes da nobis quod nostrum est : Quod si hanc obligationem ab Episcopis auferamus , episcopalem dignitatem destruimus, atque euertimus; Eleemosynarum namque clarginio ipsos facit apud Populos venerandos , atque omni existimatione dignos. Neque dicant mihi, quod quandoque Episcopi in malos usus conuertunt ecclesiasticos , redditus eisque ditant consanguineos, quia ego respondeo, quod qui hoc facit, male facit , condignas penas persoluet, & si non in hac, tamen in altera vita, attamen non eis præbenda est causa, yt ad il-

licita manus apponat, quia hoc peius est. Dicant mihi insuper si pauper, & diues furentur, quis corū maiori pena erit afficiendus ? certè diues, quia nullam habet occasionem furandi. Sic in nostra materia si Episcopus qui redditus sufficientes hebeat, & illicita comittat , nulla excusatione dignus, ac omni pena plectendus est, & vice versa, si Episcopus ; qui redditus sufficientes ad vitam commode ducentam non hebeat , si aliquid extorqueat à subditis, commiseratione potius, quam pœna dignus est, saltè non ita strictè puniendus; Itaque cum redditus minores Episcopo assignantur datur ei occasio illicita perpetrandi, & causa, unde possit se defendere, & excusare; melius enim est redditus assignare vberiores , quam parciores , quia tunc nulla habet neque apud Deum, neque apud homines excusationem , & iuste plecti pœnis poterit , ad instar Dei omnipotentis, qui generi humano tot, tantaque beneficia præstat , omneque desiderabile clarginissime. impartitur & ait. Quid potui facere vineæ meæ, & nō feci, vt inde non possit se homo excusare de suis peccatis; quid dicam, aut quid responderebo, cum ipse fecerit.

Alterum , quod dicitur in dicta decisione

126 Sandi Seueri in fine §. denique, quod scilicet si Episcopus habeat de proprio non possit insumere de Ecclesiæ redditibus, quod necessarium est ad propriam substantiationem magis durum mihi videtur, & merito Sacra Rota in alijs decisionib. Adrien. recessit ab illa sententia, & contrarium firmavit, hoc enim esset contrà ius naturæ , & diu-

nū; natura enim ipsa docet, vt omnis, qui aliquod præstat seruitum exigere beat compensationem; facio enim, vt des, Deusq; ipsemet dixit, dignus est operarius mercede sua, & qui altari inferuit de altare viuere debet *Paulus Apost. in I. ad Corinth. c. 9.* dixit quis umquam militauit proprijs stipendijs, cū enim Episcopus ecclesiæ inferuiat, de redditibus ecclesiæ viuere debet, eique alimenta proportionata, iure iustitiae debentur, vt supra firmauimus, & nō solū datur portio pro substitione vt viuat, sed etiam vt ipsius labores iuxta mercede, & stipendio compensentur *Couar. in c. cum in officijs detest. vers. 3. Filliuc. de spol. cler. t. 3. nu. 7. Fagninay. c. si quis sane de pecul. cleric. à n. 6. cū seq.* & hoc definitum fuit in *Concilio Agathensi. c. 18. translato in Can. Episcop. 12. q. p.* Idē probatur ex c. manifesta, & *Can. sint manifestè ead. causa & quest. ac etiam clare probatur ex c. quia nos de testamētis, & alibi.* Authoritates autem in dicta decisione adducte tendunt ad consilium, non præceptum, & sūt de illo tempore, quo erat vita cōmunis in ecclesia, nec facta diuisio erat, & multas respōsiones affert *Fagnanus loco cit. cum dictos canones.*

Quod verò Episcopi se obstringant ad soluendum pentionem Camerae obligatione, quæ comprehendit etiam bona propria, hoc non & est extrā controuersiam, sed an expedit ut possit agi contrā propria bona patrimonialia pro solutione pentionis, cum verè fructus ecclesiæ non sunt sufficiētes

relinquo iudicio sancte Matris Ecclesiæ, & illorum supremorum Senatorum.

Demùm pro coronide huius capititis notādum est, quod licet multi Doctores afferant, quod quando beneficiis ficiatus plus laborat, quam officium requirit plus in cōgruam posset recipere, prout præ cæteris tenet *Petrus Barbosa in l. diuortio 2. parte nu. 68. ff. sol. matrimonio Hurtandus d. resol. I. n. 106.* per illud Apostoli ad *Timoth. prima cap. 5.* qui bene presunt presbyteri duplice honore habendi sunt: maximè qui laborant in verbo, & doctrina, quia dignus est operarius mercede sua, quod arbitrio prudētis viri remittit idem *Hurtandus loco cit.* attamen hoc velim intelligas de beneficiatis, & alijs, quibus non est annexa cura animarū, & nullatenū admittendum censeo in Episcopo, qui quotquot labores sustinebit semper minores sunt illis, quos pro munere suo recte obēndo sustinere debet &c.

R. P. P. Ottalora.

S. Seuerini congrua

Luna 22. Iunij 1665.

Argumentum

Congrua Episcopi qualis sit. Papa non præsumitur ius commune velle tollere. Testes bene informati, & de re illis nota deponētes, licet negatiuam nō coarctantes negatiuam bene probans, coarctantes negatiuam testibus de affirmatiua deponentibus præferuntur. Onera Episcopi quænam sint.

Decisio 342.

Sanctæ memorie Innocētius decimus sub decreto irritanti motu proprio,

D & ex

& ex mera liberalitate reseruauit ad fauorem Excellentissimi Principis Camilli Pamphilij sui nepotis annuam pentionem scut. 800. super fructibus mensæ episcopalnis Sancti Seuerini liberam, & immunitam ab omnibus oneribus, ita ut sit prior, & potior soluibilis, etiā si nō remancerent scuta mille pro Episcopo iuxta dispositionem † Sacri Concilij Tridentini, ac cum amplissimis derogationibus Concilio Lateranensi, alijsque latius expressis in literis Apostolicis suminario Excellentissimi Principis nu. 1.

Anno 1658. Reuerendissimus D. Franciscus Densa curauit se prouideri de dicta ecclesia, & in infirmatione status illius verificauit Ciuitatem Sancti Seueri esse parui circuitus, & Diocesis mediocris curæ animarum, & annui redditus scutorum 1500. comprehensa dicta pentione annua scutorum octingentum dicto summario nu. 2. & acceptauit ecclesiam cum promissione soluendi dictam pentionem sub obligatione camerali iuramento, renunciatione appellationi, alijsque in Instrumento expressis n. 30.

Postmodum D. Episcopus agens ad reductionem pentionis subcubuit, & pro congrua sententiam obtinuit continentem assignationem annorum currum 20. frumenti, & ordei verum appellatione interposita, causaque mihi commissa cum clausula non retardata solutione pentionis; Dubitaui an debeatur congrua, & ad quam summam, & domini congrua deberi in scut. 700.

monetæ Romanæ computatis redditibus proprijs, responderunt.

Siquidem † Reuerendissima Episcopo congrua debetur ex dispositione sacrorum Canonum cap. extirpanda cap. de Monachis de preben. cap. 1. eod. tit. lib. 6. cum adductis à Rot. decif. 449. n. 2. & seqq. p. ir. 2. recent. ita ut sacro Concilio Tridentino statuerit illa deberi in summa scutorū mille c. 13. sess. 24. firmant Barb. dc potest, Epis. par. 3. allegat. 120. n. 11. Hurtad. de congrua lib. 2. resolut. 151. n. 10. & seqq. Tödut. dec. Vlixponen. 148. sub nu. 15. par. 2. Rot. coram Gregor. decif. 507. n. 6. & in recent. dec. 352. n. 5. & 763. nn. 1. par. 2.

Non obstat, quod sancte memorie Innocentius decimus reseruauerit pentionem ad fauorem Excellentissimi Principis his verbis etiā si scuta milia pro Episcopo iuxta formam Concilij Tridentini non remaneant.

Quia hæc clausula solum importat derogationem Concilij, quod non decrevit congruam deberi iam à sacris Canonibus statutam, & determinatam sed tantum, quantum (scilicet scutos mille) pro Episcopis expressit dandos id quod nō operatur, quod ei non debeatur congrua in minori quantitate, quæ à Pontifice sublata non fuit, cum ligari non debeat os bouis triturantis, vt dixit Rot. in d. c. extirpanda de preben. cum vulg. Imò cum statutum sit in corpore iuris congruam Episcopo deberi, ad effectum vt huic expressæ iuris depositioni derogatam dicatur specialis explicita, & individua derogatio

gatio requiritur, nec sufficit generalis, quia non est verisimile, quod Papæ tollere voluerit legem scriptam, aut ius commune Rom. conf. 498.nu.8. Gonzalez super reg. 8.

Cancell. glos. 36. n. 34. & 35. Menoch. lib. 6. presum. 40. n. 25. Rot. decis. 513. sub n. 10. p. 1. recent.

Minus obstant consensus, & obligatio facta per dictum Episcopum de soluendo hanc pentionem.

Non tamen possunt operari vltra consensum Papæ Mellin. decis. 127. n. 6. repetit. apud Marches. de commiss. p. 1. fol. 627. n. 8. & cum Papa reseruando pentionem tantum dixerit etiam si scuta milia pro Episcopo non remaneant iuxta præcisam formam intelliguntur dictus consensus, & obligatio tamen quæ de iure accedunt ad formam literarum reservationis pentionis, & recipiunt omnes qualitates, & conditiones illius Rot. coram Seraph. decis. 1017. n. 3. vers. quia tunc consensus, & coram Cardinali Mellino decis. 28. nu. 1. & 137. nu. 3. repetita apud Marches. d. p. 1. fol. 134. & 138. ubique n. 1.

Parum refert, quod Reuerendissimus Episcopus sibi imputare debeat cur ecclesiam acceptauerit cum tali onere, nec tamen possit modo congruae augmentum petere, vt latè Rebuff. de cong. q. 12. n. 91. Rota coram Märich. dec. 22. n. 1. & 201. n. 4. & coram Grogor. decis. 429. n. 4. & 431. num. 12.

Nam tamen regula non habet locum in congrua debita, ne vilescat dignitas episcopalnis, & sic ne fiat pre-

iudicium ordini, vt respondet Rota decis. 420. n. 4. p. 1. & 449. n. 5. p. 2. & 230. n. 7. & 8. p. 6. recent. adden. ad Greg. decis. 479. n. 8. vers. tamen hoc procedit.

Nihil faciunt duo testes examinati in informatione valoris episcopatus pro propositione ecclesiæ in concistorio quando Reuerendissimus Episcopus fuit de illa prouisus deponentes ecclesiam Sancti Seuerini esse annui redditus scutorū 1500. quia non deponunt de singulis membris episcopatus, & solum examinantur pro aliquali informatione Papæ in propositionibus episcopatum sed non probant valore Rot. in Campanen. pentionis 22. Junij 1609. coram Iusto impressa apud Marches. de commiss. p. 1. fol. 147. Deinde contrarium appetet ex testibus examinatis pro Reuerendissimo Episcopo deponentibus ecclesiam Sancti Seueri esse valoris 1024. ducatorum monetæ Regni.

Et quamvis dicti testes deponant de negatiua: attamen probant in praesenti tamen quia sunt informati, & deponunt de re illis nota, quo casu sufficit depositio testis, licet negatiuam non coarctet. Farinac. de testibus q. 65. n. 229. & conf. 151. nu. 18. Censal. decis. Lucen. 18. nu. 45. adden. ad Gregor. decis. 325. nu. 27. Rot. post Tamburin. de iur. Abb. dicit. 96. n. 6. cor. Buratt. decis. 704. nn. 3. coram Merlin. decis. 98. n. 2. & coram Eminentissimo Ottobono dec. 247. n. 4. & in proprijs terminis in d. Campanien. coram Iusto. Tum quia testes vere coarctant negatiuam remo-

DE RECTA DISTRIBUTIONE

uendo actum à sensu per optimas rationes scientiarum deponentes de facto proprio, & tunc præferuntur testibus de affirmatiu a deponentibus *Farinac.d.q.65.n.231.Hercul.*
de proban.negat.n.194.C 237.Rot.
in recente.decis.275.n.1.C seq.p.7.
C 122.n.6.C 7.p.8. Quæ eo potiorem locum habent, quia tenuitas reddituum corroboratur ex fide publica, summario responsionis n. 1. nec nunc agitur de euitanda, aut reducenda pentione, sed ea firma remanente solum petitur congrua.

Onera verò, quæ Reuerendissimus Episcopus subire compellitur, quæ plurima sunt; tenetur tamen decēt singulis triennijs visitare sacra limina Apostolorum ex *Sixti quinzi constitutione 15.Bull.com.2.* & singulis annis impendere scut. 100. in suæ ecclesiæ reparationem ob continuos terremotus ultra scut. 100. impendenda in eam necessariò prævna vice ne ruat & quod onus spestat ad Episcopū, ut probant testes meius summario n. 5. *Rot.deci.627.* n. 3. C seq.p. 1. recent. debet etiam soluere pro suo Palatio episcopali annum censem scutorum trigintaquinque, ut deponunt testes d. n. 1. & ex *Sacro Cōcilio Tridentino sess. 23.de reformat. c. 18.* erigere seminarium, & ei ex sua mensa contribueret allegato summario n. 9. *Barbo-sa de officio, C potestate Episcop.p.3. alleg. 75.n.2.* & obligatur ad elemosynas, & hospitalitatem *Barb. eodem tract.p. 1. tit. 2.Glos.9. per te-* rum, & ad alia onera erga ecclesiam

vel vniuersalem, vel suam, ac de omnibus his oneribus habendam esse rationem in taxanda congrua firmat latè *Rebuffus de congrua por-tione n.62.C seq.*

Quibus perpensis domini quætitatem in scutis 700. monetæ taxarunt, quia hoc remittitur prudentis iudicantis arbitrio ponderatis dignate, & qualitate personæ Episcopi necessitate famulorum, & oneribus ecclesiæ iuxta firmata per *Rebuff. de congrua q.8.n.80. Gratianus di-sceptatione 399.n.6.Tondut.de pen-tion.c.8.n.2.C in recenti decis. 195.* num. 1. p. 4. quæ summa congruere menti Pontificis reseruantis visa est, quia dictam pétionem scutorū octingentum monetæ Romanæ sub codem presupposito reseruauit, quod Ecclesia Sancti Seueri esset annui redditus scut. mille centum, & ita scuta septingentum ciuidem monetæ pro congrua Domino Episcopo reliquit.

Neque relevat pentionem esse præferrandam congruæ propter verba reseruationis ibi, quod pentio prior, atque potior, C primo loco solui debeat, accendentibus omnibus, & singulis libertatibus, immunitatibus, cum quibus alia pentio scutorum mille, & quincentum priùs super Ecclesia Troiana erat reseruata etiam si mille scuta similia pro Episcopo iuxta formam Concilij Tridentini non remaneant; quia per hæc verba Papa solum voluit pentionem esse priorem, & potiorem omnibus oneribus regalibus, quæ sunt decimæ papales subsidiū, & similia, quibus

bus alioquin Pentionarius pro rata contribuere. Item voluit præferri , si congrua peteretur in scutis mille monetæ Romanæ, nō autem voluit præferri congruae de iure t cōmuni debitæ, & per Iudicē taxandæ, quæ à Papa sublata non fuit ex supra allegatis §.quia hæc clausula. Denique Domini computarunt redditus proprios Domini Episcopi in dicta congrua , eo quod ille t qui suis sumptibus substantari potest ab Ecclesia stipendia accipere non debet, vt inquit Hieronymus relatus in c.Clericos 67.q.2.c.4.c.Pastor. c.si quis eadem causa, & quæst.c.illa autem c.si priuatim 12.q.1.c.ultimo 15.q.1.cum adductis per Barbosam in celest.ad d.cap.Clericos, Sanchez conf.moral.dubit.44.c.2.lib.2.quod siue sit præceptum, vt nonnulli volunt , siue declaratio illorum , quæ magis decent statum clericalem, vt tenuit Suarez de relig. tom. I. tract. 2.lib.4.de Simon.c.48.nu.8.Res est extra difficultatem attenta obligacione Domini Episcopi, qui se , ac sua hæredum, ac successorum suorum bona quæcumque mobilia, & immobilia, præsentia, & futura vbi cumque posita, & existentia Excel lentissimo Principi in amplissima forma Cameræ Apostolicæ solemniter obligauit , qua stante obligacione si Episcopus habeat unde viuat de bonis suis, quia etiam si nil super sit videtur obligatus sua voluntate, suoque iuramento.

Et ita utraque &c.

Atrien. seu Pennen. Congruæ.

Merc. 1. februarij 1673.

Reuerendissimo Episcopo Atrien. & Pennen. taxata fuerat congrua in ducatis septingentis per sententiam Rotalem R.p.d.mei Matthæi, quæ hodie in gradu appositionis interpositæ à Pentionarijs DD. dixerūt esse confirmandum quia illius validitas constat ex reuolutione actorum, & iustitia, & quæ ex iuris dispositione sancientis congruā dari Episcopo ad se decenter substetandum ; nam viuere debet de Altare qui Altari servit iux.text. claros in c.secundum Apostolū, & c.extirp. de præben. & detrahenda venit ante solutionem pentionis ; cum computentur inter sumptus necessarios Ecclesiæ, vt per relatōs in decisione R.P.D.m. Matthæ tradit Garz. de expen.c. 2. nu. 12. Ideò Pentionarij tamquam creditores fructuum non possunt satisficeri nisi supereo, quod remanet deductis impensis , quod propriè fructus appellatur l. fructus , & l.dispositio §.fin.ff.sol.matr. Rot.dec. 226.n.8.p.7.rec. & dec. 23. n. 5. ceram 60.me.Dunoz:

In quam summam non cogitur Episcopus imputare redditus sui patrimonij, quia reseratio pentionis non censetur minusque de suo soluere se obligauit , vt ad propositū considerat Noal.conf. 2. & conf. 61. n. 1. & seq.lib. 1. Ideò etiam si habeat aliund tum debet illam consequi ex fructibus Ecclesiæ , quia congrua datur in remunerationem ponderis diei, & æstus, quod suffert Episcopus, aut Rector in regimine animarum: Vnde non cogitur proprio stipendio militare, cū dignus sit

sit operarius mercede sua Can. qua-
cūq; l. 2. q. 2. & in his terminis con-
suluit Imol. cōf. i 36. n. 12. Menoch.
de arb. lib. 2. cent. 2. cas. 195. Crass. de
effect. Cleric. in proem. n. 166. Suarez
recept. sent. in verbo clarius num. 98.
Surd. de alim. q. 12. 1. 1. & 27. Lotter.
de re benef. lib. 1. q. 4. n. 52. Rot. decis
336. n. 11. p. 9. & dec. 308. n. 6. p. 1.

Nec conqueri possunt Pentionarij si
pro eis nō superest satisfactio, quia
id procedit ex tenuitate reddituū
vtriusque Ecclesiaz, vt probant plu-
res testes Sacerdotes informati,
quia vltra decennium redditus il-
larum administrarunt causa scien-
tię in hac materia optima reputa-
tur. à Rota in Campanien. pentionis
22. Iunij 1609. coram Iusto apud
Marches. de compositione glos. 547.
cum quibus concordat asseueratio
Episcopi antecessoris, qui occasio-
ne decimarum illam fecit affirman-
do cum iuramento fructus sui epi-
scopatus nō excedere duçatos 399.
& inde probantur redditus benefi-
cij, dicta Rota in Vrbetana regres-
sus 3. Aprilis 1663. talis enim co-
ram Reuerendissimo Beuilaqua ma-
xime cum non agatur ad effectum
nullitatis pentionis, sed solum pro
assequenda congrua, quo casu le-
uiores probationes desiderātur Rot.
dec. 550. n. 1. p. 1. & dec. 159. n. 8. p.
5. cum alijs non præterita dec. §. Ec-
clesias autem.

Hæc autem taxatio in ducatis 700.
non redargui potest de excessu, quo-
niam in taxatione congruez summæ
arbitranda, debet ea esse sufficiens
ad honestam, & commodam sub-

stetationem personæ habita etiam
ratione officialiū, & familiæ vt est.
tex. in Can. Episcopus 12. q. 2. firmat
Lotter. de re benef. lib. 2. q. 12. n. 22.
Rebuff. de cong. nu. 62. & 63. Mur-
tard. eod. tract. lib. 2. resolut. 151. n.
68. & seq. vbi enumerat omnia,
quæ sub congrua continētur, & in-
super haberi debet respectus ad
onera seminarij, manutētionis Ec-
clesię Palatij, itineris ad sacra limi-
na, & alia, de quibus per Rebuff. vbi
5. & inde 82. n. 4. coram Vbaldo, &
in S. Seueri congrue 22. Iunij 1665.
onera coram Illustrissimo Ottalora
Prefide Granatensi.

Demùm Episcopus non potest impu-
tari, quod episcopatum grauatum,
aut nimis tenuē acceptauerit, quia
non inde repellri debet à consuetu-
dine congrue, quæ est priuilegium
ordini elargitum à iure, ne Episco-
pi; aut Rectores in opprobrium di-
gnitatis mendicent, aut curam cō-
missi gregis deserant, vt declarando
dicit Rota dec. 420. n. 4. p. 10. & dec.
349. n. 5. p. 2. recen. add. ad Greg. dec.
439. sub nu. 8. & in fortioribus de
Episcopo, qui cōsenserat, & se obli-
gauerat, dictum fuit in dicta Sancti
Seueri congrue, & firmat præterita
decisio huius causæ, quam DD.
in hac secunda instantia in omni-
bus comprobarunt. Episcopo tantū
informante Pentionarijs pluriès ci-
tatis in Camera renuentibus.

Atrien. seu Pennen. congrue
merc. 25. Iunij 1674.

Steterunt domini mei indecis̄ coram
me die prima Februarij anni præte-
riti, iterum confirmantes sententiā
latam

latā per R.p.d. meum Matthēum, in assignatione congrua scutorum 700. Reuerendissimo Episcopo Adrien. , & Pennen. pro substantiatione propriæ personæ, & dignitatis episcopalis, & ratio resolutionis fuit , quia sicuti negari non potest quin Episcopo debeatur congrua ex fructibus propriæ Ecclesiæ *Lotter.de re benef.lib. 2.q. 1 2. n. 20.* *Tondut.Sanleger. relut. benef.p. 2.c. 58.n. 1. Rot.dec. 420.n. 3. rec.p. 1.* & dec. 342.n. 2.p. 14. rec. ità etiam visa fuit iusta taxatio facta in scutis 700. prout alias fuit taxata Episcopo Sancti Seueri positam in Regno Neapolitano , vt in d. dec. 342. rec. p. 14. in huiusmodi enim taxatione pendente ab arbitrio Iudicis attenta dignitate , & qualitate personæ, ac consideratis oneribus Ecclesiæ iuxta glos. in c. extirpandę 30. in verbo sufficiens de præbendis, & dignitat. *Rebuff.de congrua portion. nu. 6 1. & seq. Gratia. discep. 399.n. 3. Tondut. de pent.c. 8.n. 2. Rot.d. dec. 342.n. 19.* vt plurimum attenditur consuetudo Regionis *Rebuff. in loco supra relato nu. 86. Surd.de Alim. tit. 4.q. 23.n. 44. Rot. dec. 595.n. 5. rec. p. 4. tom. 1.*

Nec refert per huiusmodi taxationem congruae remanere præiudicatum pentionarijs, quia congrua, quæ datur pro alimentis in seruienti Ecclesiæ *Loth.de re benef.lib. 2.q. 1 2. n.*

21. debet primo loco, & antè omnia deduci ex redditibus episcopatus idem *Loth.de re benef.lib. 1.q. 1 1. nu. 26. Barbos. de offic. & potest. Episcopi c. 1 20. nu. 1 1. Adden. Buratt. dec. 448.n. 2 1. Gregor. dec. 507.n. 7. & Rot. dec. 7631. rec. p. 2. quod procedit etiam si Episcopus habeat aliquid vnde viuere possit , quando , prout hic, nec præbuit consensum reseruationibus pétionum, nec easdem de proprio soluere promisit , quia qui Altari inseruit , de Altare viuere debet, vt inquit *textus* in c. secundū *Apostolum 16.* & in cap. extirpandę 25. de præben. & dignit. cum alijs adductis in dec. quæ reuidetur §. 1. & 2. & sic nō applicatur alias citata *decisio 342.n. 2 1. recent. p. 14.* quia ibi Episcopus se obligauerat ad solutionem pentionum .*

Sicut non obstat Episcopum sibi præiudicasse acceptando hanc Ecclesiæ huiusmodi pentionibus graduatam , quia agitur de præiudicio Ecclesiæ, & ordinis clericalis, propter quas causas debetur congrua, & hinc sequitur , quod Episcopus non infert sibi aliquid præiudicium in simplici acceptatione Ecclesiæ *Adden. Gregor. decis. 429. num. 8. Rot. 621. nu. 5. coram Dunnoz Sun.* & fuit etiam dictum in ead. dec. edita coram me §. final. & ità unica parte *Informat. decisum fuit.*

CAPVT II.

Penès quem sit dominium bonorum
immobilium Ecclesiæ, & eorum
fructuum, & reddituum

SUMMARIUM

Diversum est habere dominium bonorum,
ac habere dominium reddituum, qui
ex bonis percipiuntur n. 1.

Dominium bonorum Ecclesiæ penès quem
sit, varie loquuti sunt Doctores n. 2.

Refertur opinio gloſæ n. 3. & 4.

Refertur opinio Abbatis n. 5.

Opinionem Abbatis, qui docet dominium
esse penès, ipsas Ecclesiæ sequuntur
Turrecremata, & alij n. 6. & 7.

Probatur hæc sententia n. 8.

Dominium Ecclesiæ bonorum esse penès
Beneficiatos n. 9. & 10. 11. & 12.

Hanc sententiam infrigit Nauarrus,
& Bardus, qui respondet ad argumen-
ta n. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
& 21.

Dominium hoc esse penès Romanum Pon-
tificem multi dixerunt. n. 22.

Dominium bonorum ecclesiasticorum esse
penès Christum Dominum; aliqui di-
xerunt; & quibus rationibus. n. 23.
& 24.

Refertur opinio Lelij Macini n. 25.

Iudicium Authoris n. 26.

Bona sunt data in dores ecclesiærum, &
in substantiationem Clericorum serui-
rium Ecclesiæ n. 27.

Clerici, dum seruiunt Ecclesiæ, Christo
seruiunt n. 28.

Dum datur eleemosyna pauperi, Christo
datur n. 29.

Sēper Christus Dominus in causa n. 30.
Bona donātur Ecclesiæ propter Christū,
ut scilicet in Ecclesia Christo inser-
uiatur n. 31.

Donatio bonorum fit Ecclesiæ immediatè
pro Diuino culu, & pro Ministris in-
seruentibus n. 32.

Dominium reddituum ecclesiasticorum
bonorum an acquirat Beneficiatus
acerrima semper quæstio fuit. n. 33.

Refertur prima sententia Gloſæ. Cano-
nistarum Nauarri, & priscorū Theo-
logorum n. 34

Fundamenta, & rationes huius sententiæ
n. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. & 42.

Hanc eamdem sententiam tenet Thomas
Hurtadus, qui mordet Franciscum
Sarmiento 43. & 44.

Affertur alia sententia n. 45. & 46.

Affertur tertia sententia n. 47.

Beneficiatos esse veros dominos fructuum
suorum Beneficiorum; qui docent. n.
48.

Argumenta, & fundamenta adducan-
tur huius sententiæ n. 49. 50. 51. 52.
53. 54. 55. 56. 57. 58.

Ad argumenta primæ sententiæ respon-
dent Doctores ultime sententiæ u. 59.
60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. & 67.

Doctores primæ sententiæ respondent ad
argumenta addicta à Doctoribus ulti-
mae sententiæ nu. 68. 69. 70. 71. 72.
73. 74. 75. & 76.

Episcopi, & Beneficiati reddituum, quos
seorsim habent Ecclesiæ nullum do-
minium adipiscuntur, sed sunt mere
administratores n. 77.

Episcopi, & Beneficiati acquirunt domi-
nium reddituum suorum beneficiorū,
& episcopatum respectu portionis
eis debite. n. 78.

Vsu-

*V*isufructuarius habet dominium usum
fructus, et de eo libere disponit. nu.
79. Et 80.

*P*ortio cuilibet Episcopo, vel Beneficiato
debetur iure iustitiae. nu. 80.

*E*piscopus si subtrahit aliquid de sua
portione parcè viuendo de eo disponere
poterit ad sui libitum. nu. 81.

*P*ars, quæ datur Episcopo, vel Beneficia-
to est loco alimentorum, de quibus di-
sponere potest ad sui libitum nu. 82.

*C*ongrua nō consistit in indivisiibili. n. 83.

*M*ulti tenent, quod de eo, quod subtrahit
*E*piscopus parcè viuendo non potest
ad libitum disponere n. 84.

*R*espondetur ad argumentum huius sen-
tentiae. nu. 85. 86. 87.

*B*eneficiatus, vel *E*piscopus parcè viuen-
do fibi non Ecclesie facit iniuriam n.
88.

*F*amulos portionis sint contingentis die-
tim potest aliquid subtrahere parcè
viuendo, et quod supereft vendere
n. 89.

*N*on dicitur superfluum, quod supereft
ex propria parsimonia, cum alioquin
est necessarium nu. 90.

*T*homae Hurtadi refertur sententia nu.
91.

*N*ō dari tres gradus congruae docet Hur-
tadius, sed consistere illam in indivisi-
ibili n. 92. Et 93.

*H*urtadius conuincitur ex propria sua
doctrine, et afferuntur eius verba n.
94. 95. 96. Et 97.

*E*piscopus si habet aliundem, adhuc iure
recipit suam portionem n. 98.

*C*ardinalis de Lugo non concordas in ra-
tione n. 99.

*N*on in omnibus beneficijs eadem ratio
potest assignari n. 100. Et 101.

*D*efeditur ratio Cardinalis de Lugo pro
ceteris beneficijs non curatis n. 102.
*A*ffertur sententia Barbosa n. 103.

*E*piscopus si viuit ex proprio patrimonio,
poterit adhuc recipere ex fructibus
beneficij n. 104.

*B*eneficiatus, vel *E*piscopus si vixerit ex
proprio patrimonio, non potest compen-
sare si habuerit animi donandi n. 105.

*C*ontrarium tenet Lugo n. 106. 107. Et
108.

*A*liud est satisfacere precepto, aliud cō-
pensare posse n. 109.

*Q*ui se alimentat, vel facit eleemosynam
de proprio patrimonio iam satisfacit
obligationi etiam si contrarium ha-
buerit animum n. 110.

*E*piscopus, vel beneficiatus viuendo, vel
dando eleemosynam ex proprijs bonis
nullum sibi facit præiudicium n. 111.
Et 112.

*E*piscopus, vel Beneficiatus si vixerit ex
proprijs bonis, vel ex iisdem fecerit
eleemosynam si habuerit expressum
animum donandi an possit compensa-
re? negat Molina, affirmit Lugo nu.
113. 114. Et 115.

*A*uthoris discursus n. 116.

*A*ffertur opinio Hurtadi n. 117.
*R*egularis assumptus ad Episcopatum
an acquirat dominium sue portionis
n. 118. 119. 120. 121. 122. 123.
124. 125.

*E*piscopus Regularis si parcè viuendo
reseruet aliquid de eo, non potest ad
libitum disponere Et c. nu. 126.

*E*piscopus Regularis si prodigè expendat
ipfe, et recipiens tenetur restituere n.
127.

*E*piscopus Regularis, sic secularis po-
test in vita disponere n. 128.

E Non

Non idem est dubium, penes quem sit dominium bonorum mobilium, immobiliaque Ecclesiasticorum, ac illud aliud, an beneficiati plenum dominium reddituum Ecclesiasticorum suorum beneficiorum habeant: haec enim sunt diuersa inter se; nam fructus, & redditus sunt quid diuersum ab ipsis bonis, a quibus recipiuntur, & habentur quasi mobilia, hoc patet apud omnes Scriptores. & in quantum ad primum dubium penes quem sit dominium bonorum immobilia Ecclesiasticorum variè loquuti sunt nostri nō solum moderniores, sed etiam priisci Doctores siquidem *Glosa in c. exped. 12. q. 1.* verbo communes ita loquitur. Queritur quis sit dominus rerum Ecclesiasticarum nūquid pauperes dicuntur esse domini argumēto, quod sic; 16. q. 1. quoniam, quicquid potest dici, quod Ecclesia sit domina, ut 16. q. 3. inter memoratos sicut hereditas est domina, ut ff. de acquir. rerum dominio, hereditatis; Alij dicunt, quod ipse Deus, ut infra eadem q. 2. qui Christus c. qui abstulit, vel dic dominium esse apud Clericos, sicut dominium rerum videntis apud ciues, uti de rerum diuisione §. Vniuersitatis, dicuntur etiam pauperes domini, quia inde substantiatur. Item *Glosa in c. causa de verborum significacione verb. solis Ecclesiarum dicit,* sed quid appellatur hic Ecclesia dominus Albericus dixit, quod bona ip-

sa sunt loci conclusi muro ad instar vacantis hereditatis, quae vicem personæ obtinet ff. de acquirendo rerum dominio hereditatis: Alij dicunt, quod sunt vniuersitatis illius loci 12. q. 2. nulli Hugo dixit, quod res istæ sunt Dei, & cum omnia eius sint, ista tamèn specialius art. 1. q. 3. Saluator 16. q. 1. in Canonibus 23. q. 8. conuenior 16. q. 7. omnes decima sup. de decimis tua 2. ubi dicitur, quod Deus in signum vniuersalis dominij decimas sibi Clericis retinuit, quarum rerum usus dominus Clericis concessit: Hæc Glosa.

Tractant hæc questionem, ut plurimū Canonistæ in c. cum super de causa possessionis, & proprietatis, & Abbas Panormitanus, postquam quatuor retulit opiniones, primi scilicet Innocentij dicentis, quod dominium talium rerum non Prælatus, sed Christus noscatur habere, quia quicumque homines offerunt Deo oblata dicuntur c. nulli, c. qui absolverit 12. q. 2. c. res, c. videntes 12. q. 1. secundam opinionem, quod Ecclesia id est congregatio fidelium, cuius caput est Christus, habet tale dominium, id est apud Ecclesiam vniuersalem per Textum in c. 1. de Sacra vntione, & si aliquando hæc bona dicuntur Episcoporum, & Prælatorum, dicendum esse hoc intelligi quoad substantiationem, & sic intelligendum cap. 16. q. 1. & patrimonium Christi debet esse commune nullus debet sibi appropriare, & per hoc fuerunt diuisa, & eorum administratio episcopalis, ut nullus in clero penuriam patet-

pateretur, & ita procedit c. videntes c. Episcopis c. ex his 12. q. 2. Tertiam opinionem refert Abbas, quod tale dominium sit penes Ecclesiam particulariem; & citat pro hac opinione *Glossam in c. causa de verb. significat.* & hanc opinionem merito sibi placere dicit idem Abbas. Quartam opinionem refert Abbas, quod tale dominium habent Episcopi Prælati, & Clerici, & possident ciuiliter, & naturaliter dicta bona: ipse tamen Abbas nu. 20. ita loquitur. *Ego dicerem, quod ipsa bona Ecclesiarum sunt quoad dominium, & possessionem ipsarum Ecclesiarum particularium, sed ipsæ Ecclesiæ particulares hoc habent loco Dei.* Primo probo, quod nomine cuiuscumque ecclesiæ particularis intendant actiones. Item actiones pro possessionibus recuperandis, vel retinendis, ut in c. literis de dilationibus, & c. olim 1. c. 3. de rest. spol. possiden, & tenent primo, quia bona Ecclesiarum dividantur in patrimonium Christi, ut in c. cum ex eo de elect. in 6. & oblata dicuntur Deo, ut in c. nulli, & c. qui abstulerit 12. q. 2. Ecclesiæ verò uniuersalis dicuntur quoad substantiationem, quia quilibet bonus fidelis debet inde substantari 16. q. 1. c. fin. & 12. q. 1. c. videntes. Clerici verò possidet nomine proprio. Primū patet ex eo quod priuibus ecclesiæ agit Rector nomine ecclesiæ. Secundū patet quia clericus post collationem sibi factam potest dicere beneficiū esse suum, ut in c. si tibi de præben. in 6. & agit pro eo numero propter hęc Abbas.

Hanc Abbatis opinionem quatenus docet dominium bonorum ecclesiasticorum esse penes ipsas ecclesias particulares, tenent alij quamplurimi, præsertim *Cardinalis de Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 2. c. 113. in 6. proportione,* ibi: *Pro quo notandum est, quod bona ecclesiastica sunt annexa communitatibus, & non personæ singulares, & ideo in bonis ecclesiasticis nulla persona singularis nō ut singularis, sed ut pars, & membrum communitatis habet potestatem in illis utendi ad suam substantiationem secundum exigentiam, & decentiam personæ, & status; in quo tamen est differētia, quia aliquod membrum est simplex, ut simplex Canonicum, & illud non habet nisi usū in bonis cōmunitatis approprians cuilibet, quod ei debetur secundum debitum iustitiae propositionem disponēs etiā pro communi bono Collagi⁹ boni fide ut sibi videtur expedire, & iste est Episcopus in quilibet Cathedrali. Hęc Terracremata.*

Sequuntur hanc sententiam scilicet dominium bonorū esse penes quilibet, ecclesiam particularem, nempe penes totum cetum clericorum cum capite: *Lessius de iustitia lib. 2. c. 4. n. 5. 1. Molina de iustitia tom. 1. disp. 29. concil. 2. & disp. 142. n. 6. Bardus d. lib. 3. q. 10. secl. 3. nu. 6.* & hanc sententiam videtur tenere *Caet. 2. 2. q. 53. art. 3. & Candidus to. r. disp. moral. q. 18. art. 5. dub. 2.* probat hanc sententiam Bardus, quia ista bona mobilia fuerunt donata primo intuitu ipsius ecclesiæ in huc finem, ut Diuina officia ministrorum

E 2 obse-

obsequijs maiori cum diligentia, & splendore exerceantur: ergo ipsorum bonorum immobilium dominium est penes ipsam ecclesiam, in cuius gratia fuerunt donata bona ipsa, & non penes beneficiarios, ceterosq; Ministros, nisi quatenus faciunt unum corpus: Hæc Bardus.

Probatur etiā hæc sententia ex d.c.causa de verborū significatione, ibi: Ceterū primitiae decimae oblationes in solis ecclesiariū bonis præcipue numeratur.

Alij verò dixerunt dominium bonorum istorū esse ipsos penes beneficiatos, vt ex modernioribus D.Franciscus Sarmiento p. 4. de redditibus ecclesiast. quem sequitur Vasquez opusculo de redditibus ecclesiasticis c. 27. §. 1. & alijs multi Doctores fudant hanc sententiam ex multis authoritatibus, & rationibus, præser-tim ex c. indicatum 89. dist. vbi dicitur, quod bona ecclesiastica sūt patrimonium, & Episcopi habent illius dominium.

Item in c. volumus cum ceteris in ead. 89. dist. dicitur, quod Episcopus potest; & debet constituere vicem domini pro administrandis rebus sui Episcopatus: ergo est dominus dictorum bonorum; nam alioquin non posset constituere vicem dominum pro rebus propriæ Ecclesiæ, quia dominium est potius penes veras, quam apud mysticas personas, & quamuis clerici non possint liberè disponere de bonis ecclesiasticis, hoc non facit quia acquiratur dominium; nam alijs sunt causas, in quibus quis est dominus, & tamen nequit alienare, ut populus, & alijs.

Hæc sententia est expressè contrà Martinum Nauarrum de redditibus Ecclesiasticis q. 1. nu. 40. qui eam falsam, & insolentem appellat, quinimò & Bardus loco cit. respondet ad argumenta huius opinioni; Siquidem dicit, quod in c. indicatum, bona episcopalia vocantur patrimonium Episcopi, quatenus Episcopus de eorumdem bonorum fructibus poterit se alere, ad eum ferè modum, quod si quis alicui clericu concederet administrationem alicuius prædij, & donaret fructus episcopales ad vitam ipsius clerici; nam tunc clericus poterit ordinis suscipere titulum illius patrimonij, & illud præmium ratione fructuum verè dicitur patrimonium clerici, & quamvis non possit alienari, neque per testamentum disponi in morte; Ita in ca su nostro.

Bona ecclesiastica vocantur patrimonium clericorum ratione fructuum ad c. volumus 89. distin. respondet

Bardus, nomine vicem domini intelligi Economum, vt exponit Glosa, ibi: Ex hoc autem non sequitur Episcopum esse dominum rerum immobilium, sed solum fructuum, in ordine ad quos exigendos instituit Economum, & quamvis Episcopus possit permutare de bonis ecclesiasticis aliquid dando, & compensando cum bonis proprijs, ad quam permutationem non requiriatur certe dominum, ut afferunt Sarmentus, & Vasquez, sed satis est libera administratio.

Respondet insuper Bardus ad conclusionem Vasquez, nempè, quod quamvis totus cumulus bonorum ecclesiasticorum, quo ad dominum sit penes

penes collegium clericorum; attamen portio usui Episcopi, aut alteri Beneficiato deputata nequit esse apud cetum omnium clericorum; nam iij habent propriam portionem assignatam; Respondet in qua *Bardus*, clericum particularum Ecclesie, cui donata fuerunt bona, & ex his erecta sunt beneficia dupliciter posse considerari: primo ut persona quædam particulares in ordine ad reliquos; Secundo ut facientes unum ceterum, veluti unum corpus, atque portionem assignatam clericis posse consistere vel in fructibus, seu stipendijs, vel in aliqua re immobili ecclesiastica: Quare dicit *Bardus*, quod bona mobilia deputata Episcopo, quamvis non cadant in utilitatem clericorum, quatenus est unum corpus constans ex capite, & membris, habens dominium illorum bonorum, licet utilitas sit solius Episcopi: Similiter dicendum, ait, de portione clericorum; nisi loquamur de portione consistente in fructibus, dominium talis portionis ut apud ipsum clerum, qui est quædam persona particularis non datur ob stipendium laboris; Si vero portio sit in re immobili, eius dominium est penes totum clerum, quamvis utilitas huius rei immobilis redundet in clericum in particulari.

Bardus in ead. sect. nu. 12. respondet quoque ad argumentum, quod adducitur, quod tale dominiū si penes pauperes, vt in multis Canonibus 16. q. 1. Nam, dicit quod siue bona prædicta considerentur antea, siue post diuisionem, semper sunt ex illis alieni non solum pauperes, verum Ministri Ecclesie, & pars eorum est ap-

plicanda cultui diuino, & fabricæ Ecclesie, & haec omnia cum titulo eleemosynæ eroganda, & ideo dicuntur tributæ animarum agentium, sub quibus comprehenduntur clerici, qui cum Altari inferuiunt de Altari vivere debent iuxta dictum Apostoli, & licet clerici aliqui diuites sint, hoc tamè est per accidens ad primariam intentionem, ob quam fuerunt bona Ecclesie data; nam primo, & per se fuerunt donata pro cultu diuino, & pro alimentandis, seu substantiis Ministris inferuentibus Ecclesie.

Alij verò dixerunt dominium bonorum ecclesiasticorum esse penes Summum Romanum Pontificem, sed hanc opinionem recipiunt alij *Cardinalis de Turrecremata* loco cit. *Azorius* infrà citandus *Sarmientus Vasquez* citati, *Lelius Mäcinus* infra citandus, & alij, quia Papa tantum dicitur administrator c. non licet Papæ 12.q.3. S. Thomas 2.2.q. 100. artic. 1. ad 7. & licet Papa dicatur habere plenum ius, & liberā potestatē in bonis, & beneficijs ecclesiasticis eo spectat, vt beneficiorum, & bonorum, quæ non solum in Romana Ecclesia, sed etiam in cæteris Ecclesijs constituta sunt, liberam habent, & plenam administrationem, & hoc dicit etiam *Nawarrus* loco. cit.

Alijdemùm docent dominium bonorum ecclesiasticorum esse penes Christum Dominum, ita videtur tenere *Innoc.* in c. super eo de causa possessionis, & proprietatis, *Abbas* in c. cum effe de testamentis, & reliquis alijs *Ioan.* *Azorius* instit. moral. p. 2. lib.

lib.c.1. Nauarrus de redditibus Ecclesiae q. 1. monit. 40. qui dicit hoc irrefragabiliter esse tenendum *Candidus tom.1. dis. quis moral. disp. 18. art. 5. dub. 3.* & hanc probabilem opinionem existimat.

Ad obiectiones, quæ cōtrā hanc sententiam fieri possunt, ita respondet

24 Azorius loco citat. *Obijcies omnia esse Dei, sed bona ecclesiastica esse Dei peculiari quadā ratione; nam sunt tantum Diuinis usib⁹ non profanis destinata; si virges adhuc Deum esse communem dominum omnium rerum, & præter Deum esse aliquem hominem, qui sit etiam dominus rei.* Respondeo *hoc locum habere in bonis profanis, quæ sunt in dominio huius, vel illius hominis, huius, & el illius communitatis humanæ, & bona ecclesiastica, de quibus in præsēti loco sermo nobis est ita sunt Diuinis usib⁹ deputata, ut in nullius hominis, vel communitatis humano patrimonio sint, & ideo remota sunt in commercio humano, & usu profano.* Dices *si talia bona sunt in nullius hominis dominio; ergo sunt bona communia, vel derelicta, vel vacantia.* Respondeo *id minime concludi, quia sunt bona Dei diuinis addicta, & obligata: Quomodo inquires si bona Dei sunt alienantur, & venduntur, & permutata auctoritate Episcoporum, & Romanorum Pontificum.* Respondeo *fieri, quia Procuratores, & Administratores talium bonorum, & qui furatur ea sacrilegus est, & debet ea restituere, quia ex abusib⁹ humanis separavit, ac propter ea ipso iure compellitur ad diuinos usus restituere, & referre: Hec Azorius.*

Lelius Mancinus auctor doctus in diff. 5.c.12. postquam opiniones varias in hac questione adduxerit, & hæc eadem opinionem Azorij, & aliorum docuerit nu. 15. cum sequentibus nu. 22. ita loquitur. Christus itaque ecclesiasticorum bonorum Dominus verissimè est, eius Vicarius Romanus Pontifex dispensator eorum generalis plenam, & liberam de his dispositionem habere profertur in dicta Clementina 1. & in c. licet 15. sibi dispensatores, atq; administratores sufficit Ecclesiarū Prælatos, quibus auctoritatem contulit aliqua revertent a apud se maiori c. dudu de præbendis in 6. Prælati singulos Clericos singulorum Beneficiorum quasi Procuratores, seu Administratores sunt; nam & ipse Pontifex talis est dispensator ut bene, ut prudenter, ut fideliter administrarent, si sapienter: Hæc Mancinus.

Hæc sunt quæ Doctores in huiusmodi dubio dixerunt, benigne Lector, 26 quam libuerit sequi poteris opinionem; ego vero tantum addam, quod licet omnes elargitiones Ecclesiæ propter Christum Dominum fuerū factæ: Attamen propter doctes ecclesiarum, & substatationem Ministrorum illarum, ut scilicet 27 Clerici ministri ecclesiarum ipsis, inferuentes, haberent vnde se alerent. Quod superest vero vltra eorum victimum pauperibus clargirent; 28 & cum Clerici seruiunt Ecclesiæ, 29 Christo Domino seruiunt; cū dant pauperibus ob Christū, ipsis Christo dant: sic semper Christus Dominus in causa est, sed aliud est causa donationis.

nationis, & aliud cui donatur; donatur enim Ecclesiæ propter Christum, sed non ipsi Christo immediate fit donatio, sed Ecclesiæ, ut in ea ipsa Christo inseruiri possit, Cathedrales, & ceteræ minores Ecclesiæ non poterunt erigi absque do te sufficienti tam pro viatu ministrorum, quam pro eorum ornatus, suppelleilibus, & alijs necessarijs ad Diuinum cultum in eis peragendū, quarè ipsis ecclesijs immediate fit donatio, sed vnde moti fuerunt donatores? causa finalis fuit, ut Deo, Christoq; Domino inseruiatur in ecclesijs ab ecclesiasticis, ibiq; orare debuissēt pro populo, & Sacrificijs diuinis redimere peccata, & iram diuinam mitigare; possidēt tamen Ecclesiæ bona, Dei, Christique nomine, ut ait Abbas Panormitanus, cuius sententia maximoperè mihi placet, sed nihil certè determinare audeo.

Circa alteram verò quæstionem, scilicet an Episcopus, vel alias Beneficiatus habeat dominium fructuum, seu reddituum bonorum sui Episcopatus, vel beneficij, an verò simplicem administrationem? Celebris fuit hæc quæstio inter nostros tam Canonistas, quam ceteros Scriptores antiquos, & recentiores inter quos nonnulli se inuicem acriter mordiderunt, ut Martinus Nauarus, & D. Franciscus Sarmiento, qui in hac quæstione latè scribendo se ippos prouocarūt, & cōtrouersia hec procedit post diuisionem redditum nam de tempore ante diuisionem certum est, quod Episcopi erant

simplices administratores. Evidē D. Franciscus Sarmiento in 2. p. sui libri de reddit. ecclesiast. quamplurimorum Doctorum varias opiniones adducit, quas tamen ad pauciores reduci posse ostendam, nam ex adductis ab ipso.

Prima igitur sententia docet Episcopos, ceterosque Beneficiatos non esse dominos fructuum ecclesiasticorum, sed tantum dispensatores, & administratores, scū usufructuarios in vita, usurarios in morte. Ita ex Canonistis Glos. in c. si quis vult de peculio clericorum in verbo obitus Innocentius in c. indecorum de ordinibus, & qualitatibus ordinandorum Archidiaconus in c. Episcopis 12. q. 1. Abbas Panormitanus in c. cū effe de testamentis a nu. 21. cum sequentibus, & alibi sœpè Card. Zabarella in c. si quis sanè de peculio clericorum, vbi alij Canonistæ quasi communiter, qui ex Archidiacono dicit, quod hereticū est iniure Canonicō dicere Beneficiatus esse dominos fructuum beneficiorum. Nauarus de redditibus ecclesiasticis q. 1. monit. 20. Mazzacch. inspe. ul. Episcoporū p. 1. fol. 39. nu. 79. Comitellus lib. 1. resp. moral. q. 70. per totam, Lelius Mancinus diss. 5. q. 13. Sylvester in verb. Clericus 3. 4. 9. 15. Angelus in eod. verb. Clericus 3. n. 4. Diuus Antoninus 3. p. tit. 15. c. 1. §. 19. & 2. par. tit. 2. c. 2. tit. vlt. Petrus Sotus de iustitia sacerdotali p. 2. de vita Sacerd. sect. 3. de bonis ecclesiasticis, & eorū usu ex antiquis Thol. Alex, de Ales p. 3. q. 36. memt. 5. art. 2. & 3. Palud. in 4. disput. 25. q. 3. art.

art. vlt. Duardus dist. 45. art. 3. q. 1.
Tanderus tit. 3. disput. 4. q. 6. dub. 8.
anu. 215. & alij quāplurimi Theologi, quos breuitatis causa omitto.
Habet sua fundamenta, & rationes hæc sententia, & decem, & septem 36 rationes adducit Martin. Nauar-
*rus loco cit. per plures sequentes monitiones, sed ad pauciores reduci possunt. Primo probatur hæc sententia, quia quicquid habent Clerici de bonis ecclesiasticis dicitur Christi Domini patrimonium, ut dicitur in c. cum secundum de præbendis; Item ecclesiastica bona dicuntur proprietas pauperum, ut in c. final. 16. q. 5. dominium enim nō potest esse apud plures certo §. duobus ff. cōmodati: ergò eodem tempore non potest esse dominium penes Christum, pauperes, & Episcopos, seu Beneficiatos. Probatur etiam hæc sententia ex c. videntes 12. q. 1. ibi: *Ipse verò res, & inditione ipsarum singularū Parochiarum Episcoporum, qui locum tenent Apostolorum, erant, & sunt usque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus, ex quibus Episcopis, & fideles dispensatores eorum omnibus communem vitam degere, volentibus ministrare cūcta necessaria debent, prout melius poterint, ut nemo ex eis agens inueniatur; ipsæ enim fidelium oblationes appellantur, quæ Deo offeruntur, & in Can. Eccles. eadem causa, & quæstione dicitur res ecclesiæ non quasi propriæ, sed ut communes, & domino oblatæ cum sumo timore nō in alios, quam in præfatos usus**

sunt dispēsandæ, qui Canones sunt Vrbani Papæ in Concilio Antiocheno relato in c. *Episcopus* ibidem dicitur Episcopus ecclesiasticarum rerum habet potestatem ad dispēsandū erga omnes, qui indigent cum summa reuerentia, & timore Dei; participet autem & ipse, quibus indiget; si tamen tam in suis, quam in fratribus, qui ab eo fuscipiuntur necessarijs usibus profuturis, itaut in nulla qualibet occasione fraudentur iuxta Sæcum Apostolum sic dicentem à *Beatis victu,* *& teugmentum his contenti sumus,* quod si contentus ipsis minimè fuerit; conuertat autem res Ecclesiæ in suos usus domesticos, & eius comoda, vel agrorum fructus nō cum Presbyterorum conscientia, Diaconorūq; pertractet, sed eoru potestate domesticis suis aut propinquis, aut fratribus, aut filiis committant, ut per huiusmodi personas occulte res ledatur Ecclesiæ Synodo Provinciæ penas iste persoluat; Si autem & aliter accusetur Episcopus, aut Presbyteri, qui cum ipso sunt, quod ea, quæ pertinent ad Ecclesiam ex agris, vel ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibimet usurpent, itaut ex hoc affligantur quidam pauperes criminazione verò, & blasphemis tam sermo prædicantis, quam ij, qui dispensant, taliter exponatur, & hos oportet corrigi 38 sancta Synodo ad quod conduceat approbante. Idem dicitur in tota dist. 12. q. 1. *& q. 2. scilicet Episcopos esse tantum dispensatores rerum ecclesiasticarum, illas dispēfare debent*

berent inter cleros, pauperes, & alios egenos, retenta sibi tantum portione pro vita, & *Diuus Clemens lib. 2. Apostolicarum Constitutionum c. 28.* ait *Homo Dei, scilicet Episcopus, quæ ex decimis, & primis, secundum mādatum Dei, dantur rectè dispensantes affictis, & peregrinis egenibus, ut qui habet Deum harum rerum rationem reposcentem, (& infra) omnibus egenibus cum constitutionibus iustitiam tribuentes, ipsique his utentes, non abutentes concedentes de his, sed nō soli sumentes, egenisq; impatiētes, & præcludendum esse quia iustitia nō misericordia dicitur, & idem Sanctus in eod. lib. 2. c. 39. dicit, quod *Episcopus debet distribuere tanquā Aēconomus, ac dispēsatūr.**

Si igitur Episcopi dicūtur tantum dispensatores bonorum ecclesiasticorum; vtique dominium nō acquirent, quia tenentur reddere rationem *l. 2. ff. de negot. gestis l. 1. §. officio ff. de tutor.* quod comprobatur ex *Diuo Bernardo in epist. 2. ad falconem,* vbi dicit, quod accipere ex bonis ecclesiasticis ultra necessarium, sit rapina, & sacrilegium.

Neque obstat, si replicatur hoc fuisse ante diuisionem, cum viuebatur in cōmuni, quia tunc Episcopi erant 40 tantum administratores. At facta diuisione portionis ipsis cōtingentis, adepti sunt dominium. Nam respondetur per hos Doctores, quod cū explorati sit iuris ante diuisionem fuisse Episcopos tantum administratores. Idem dicendum est etiā post diuisionem; nam talis diuisione nō naturam potuit immutare pri-

meuam bonorum ecclesiasticorū, sed illa facta fuit, vt pauperum necessitatibus, & Ecclesiæ ministri consuleretur; nam ex malitia Episcoporum multa, & pauperibus, & Ecclesiæ subtrahebantur, quod clarè probatur ex *c. cum in officijs de testamentis,* in quo Canone refertur Concilium Lateranense inhibuisse ecclesiasticis personis testari de bonis ecclesiasticis ea solum ratione, quia hoc Canonibus antiquis inhibitum est: ergò clarè patet per diuisionem factam non fuisse recessū à natura primeū, quā habebant res ecclesiasticæ secundum cōstitutionem Sacrorum Canonum, quibus attentis, Episcopi dumtaxat dispensatores, & procuratores vocati sūt; dicit enim text. ibi. *hoc igitur quia antiquis Canonibus nulla facta est:* igitur per diuisionem, solum fraudibus prouisum; id etiamsudetur, quia Gelasius Papa vt referatur in *c. vobis enim 12. q. 2.* mandauit de redditibus ecclesiasticis faciendas quatuor portiones, unam pro Episcopis, aliam pro Clericis, tertiam pro pauperibus, quartam pro fabrica Ecclesiæ, de hac si aliiquid superest mandauit emi possessionem, quæ utilitates respiciat communes; eadem ergò ratione dicendum de portionibus Episcopi, Cleri, & pauperū. Vnde clarè colligitur, quod diuisione non immutauit naturam bonorum ecclesiasticorum, & si nō immutauit, Episcopi, & ceteri Beneficiati non acquirunt dominium reddituum ecclesiasticorū, quia sunt dumtaxat ad-

ministratores, prout clarè loquitur Canon c. nulli Episcoporum 12. q. 1. Tertio probatur per cōstitutionem Sacri Concilij Tridentini, in quo sess. 25. c. 1. de reform. inhibetur expressè Episcopis ne de redditibus Ecclesiæ consanguineos familiares suos augere studeant, & ea ratione, quia Apostolorum Canones prohibent ne res ecclesiasticas, quæ Dei sunt consanguineis donent: Si ergò Concilium Tridentinum facit huiusmodi prohibitionem mētione faciendo de sacris antiquis Apostolorum Canonibus, sequitur clarè quod Episcopus, siue alius Beneficiatus non acquirat dominium fructuū ecclesiasticorū, quia agentis dictis Canonibus, certum est, quod neq; Episcopus, nec quisquis Beneficiatus tale dominium acquirere debeat. Hinc etiam probatur, quod nuper dictum est per diuisionem non fuisse immutatam naturam primeuam, quam redditus ecclesiastici in se quasi inseparabiliter retinebant.

Item, & quarto probatur, quia nec Episcopus, nec alius Beneficiatus de bonis acquisitis, & redditibus 41 ecclesiasticis testari poterit, vt in d.c. cum in officijs; Si ergo testari de his non poterit, dicendum erit non acquisuisse illorum dominium, & quamvis quamplurimi alij acquirāt bonorum dominium, & tamen eis testari permisum non est, & huīusmodi ecclesiastica prohibitio aliundè quam ex dominij defectu possit evenire, vt omissis alijs nouissimè acutè scribit Emanuel Gō-

zalez, in d.c. cum in officijs de testamentis. n. 30 quia scilicet lege humana ecclesiastica hoc eis interdictum est; non verò ex defectu dominij; at ego considero, quod textus praefatus in c. vñ officijs qui ecclesiasticis cōdere testamētū de bonis, quæ occasione beneficij acquirunt, interdit, inheret Canonibus antiquis, ibi hoc igitur, quia antiquis Canonibus constat inhibitum; antiqui autem Canones inhibuerunt ecclesiasticis de talibus bonis testari, quia ecclesiastici dumtaxat bonorum ecclesiasticorū erant administratores, & tantū sumere poterant quantum ad proprium viectum erat necessarium, vt constat ex citatis Canonibus sacris, & alijs in duodecima causa, præferim in quinta quæstione; nec Canones antiqui, de quibus facit mentionem textus ille sūt in c. relatum, & c. quia nos, & c. hoc eodem tit. de testamentis, quia isti Canones sunt Alexandri tertij, sub quo fuit celebratum Concilium Lateranense, cuius est dispositio d. c. cum in officijs: Quare non possunt dici antiqui, cum fuerunt eiusdem temporis, sed antiqui Canones sunt illi, qui sunt in dicta causa 1. 2. vt melius dixit Glosa in d.c. cum in officijs in verbo Canonibus: Si ergo in Concilio Lateranensi innouādo Canones antiquos prohibitum est ecclesiasticis ne testetur de bonis ecclesiasticis, qui ab honorū ecclesiasticorū sunt dispensatores clarè sequitur, quod de dictis dominium non acquirant.

Con-

Confirmatur hæc sententia ex eo quia
42 Romani Pontifices bona Episco-
 porum inuera post eorum mortem
 tamquam spolia Cameræ applica-
 uerunt, & incorporauerunt, & hoc
 quia pro certo habuerunt Episco-
 pos tantum esse reddituum ecclo-
 siasticorum administratores, & tâ-
 tum potuisse sibi sumere quod eis
 erat ad vitam necessarium, nec dic-
 tos redditus transisse in dominium
 Episcoporum, nō si transissent, esset
 de eis iudicandū sālē tamquam de
 bonis quasi patrimonialibus, quo-
 rum dominium acquirunt omnes
 ecclesiastici, & quod redditus ecclae-
 siastici non sunt bona quasi patri-
 monialia docent, & admittunt qua-
 si omnes Doctores, & idem *Filluc.*
tom. 3. tract. 43. c. 3. n. 5. Et alij, hec
 sunt præcipua fundamenta huius
 sententiæ, ad quæ cæteræ rationes
 reduci possunt.

Post scripta vidi Thomam Hurtado
43 virum eximium, qui in *lib. I. refol.*
moral. in prima resolutione per
 plures paragraphos probat erudi-
 tè, ac strenuè hanc sententiam, sci-
 licet Episcopos non assequi domi-
 nium reddituum ecclesiasticorum
 primò ex *Sancto Thoma 22. q. 185.*
art. 7. ex his verbis, sed ecclesiastico-
 rum bonorum sunt dumtaxat dispē-
 satores, & administratores, ac procu-
 ratores; dicit enim Augustinus ad
Bonifacium, si priuatum possidemus,
 quod nobis sufficiat non illa bona no-
 stra sunt, sed illorum, quorū procura-
 tionem gerimus nō proprietatem nobis
 usurpatione dñabili usurpamus; ad
 dispenfatorem enim requiritur bona

fides secundū illud quod ad Corin h.
 c. 4. hic iam queritur, ut fidelis inue-
 niatur, ex quibus dicit *Hurtado*, quod
 absque tergiuersatione *Sanctus Doc-*
tor docet, quod *Episcopus*, & alij be-
 neficiarij non sunt domini rerum ec-
 clesiasticarum, & reddituum benefi-
 ciorum, sed solum administratores, &
 procuratores, cū quo principio nisi, di-
 cit, *Sanctum Thomam* in omnibus
 suis operibus, nemp̄ 2. 2. q. 43. art. 8.
 in corpore, & q. 86. art. 2. & q. 87.
 art. 1. ad 4. & q. 1 19. art. 3. ad pri-
 mum, & quo lib. 6. art. 1 2. & dicit
Hurtado quod ita clare docet suam
 sententiam *Sanctus Thomas*, ut mi-
 retur ita cecatiisse *Franciscum Sar-*
miento, quod in suam velit trahere
S.D. Et prius in nu. antecedenti 45.
 dixerat. Quare *D. Franciscus Sar-*
miento p. 4. de redditibus, quis uā opini-
 onem in titulis capitum *Divi Tho-*
ma adscribit venia dignus, quia ut
 iurista mentem summi Theologi nō
 est assequutus, & in messem alienam
 falcam posuit.

Item probat hanc sententiam ex iure
44 Canonum, ex Tridentino, & inten-
 tione Sæcè Ecclesiæ, ex certitudine,
 & alijs ut apud ipsū videtur est, qui
 plurima suo more congerit, respo-
 detque ad contraria omnia.

Vice versa alij docent, Episcopos, &
45 cæteros Beneficiatos acquirere
 dominium illius portionistantum,
 quæ deseruit pro propria sufficien-
 tia secundum statum substantio-
 nis, respectu vera quod superest, es-
 se dñtaxat administratores. Hanc
 sententiam tenent quamplurimi
 Doctores, præfetim *Azorius p. 2.*

institut. moral.lib. 7.c.8.vers. quod attinet.

Quæ sententia fundatur in eo quia Episcopi, & cæteri beneficiati totū id, quod superest vltra propriā sub-
46 stentationem tenentur erogare in pios vsus, quod extra controversiā apud omnes est: ergo si tenentur erogare in opus piū, siue vsus pios nō acquirūt dominū eius, dūtaxat quod est necessarium ad decentem substentationem, quia dignus est operarius mercede sua, & stipēdīo sibi debito ob labore; Episcopi enim, & cæteri beneficiati verè sūt operarij erga fructus necessarios ad suam substentationem suos faciūt, dominium acquirunt sicuti quilibet miles acquirit dominium stipendij, vt discurrit *Azorius loco, etato,* & in hoc conuenire comitulū dicit *Filiuc. tom. 2. tract. 31. 14. nu. 101.*

Tertia sententia docet Beneficiatos, qui habent beneficia cum conditione, quales sunt Parochi, & cete-
47 ricuram animarum habentes, vel dignitatē vel personarum, vel Canoniciatum, vel aliud beneficium à cæteris distinctum nō habere dominium fructū, & esse usufructuarios in vita, usurarios in morte, prebendas autem non habentes distinctiones, sed tantum in fine auni recipientes fructus illorū, dominium acquirere, & usufructuario in omnibus cōparari, & beneficiatos habentes administrationem esse usufructuarios in vita, usurarios in morte, illos verò, qui non habent administrationē in omnibus usu-

fructuario conformes: Ita vide-
tur docere *Hostiensis in c. vlt. de pe-
culio Clericorum, & Glosa in c. prae-
sertim de officio ordinarij. in 6. in
verb. reseruari*, vbi latè discurrit Glosa.

Quarta. demum sententia omnino op-
posita antecedentibus, doctet Epis-
copos, & cetero. Beneficiatos ac-
quirere dominium, & esse verè do-
minos omnium reddituum, men-
sæ episcopalæ, siue Beneficiarum.
Ita strenuè probat *D. Franciscus
Sarmiento de redd. Ecclesiast. p. 4.
c. 6. Lefsius de Iustit. lib. 10. q. 4. art.
3. Barbosa de iure. Ecclesiast. lib. 3.
c. 12. n. 12. Garsia de beneficij p. 2.
c. 1. n. 5. Pac. Jordan. tom. 1. Lucubr.
lib. 2. tit. 1. nu. 69. Loff. de iustit. lib.
2. c. 4. dub. 6. n. 48. Sanchez in sum.
lib. 2. c. 20. nu. 24. & in cunsil. lib. 2.
c. 2. dub. 37. Filiuc. tom. 2. tract. 2.
c. 4. nisi, & tom. 3. tract. 43. c. 3. n. 6.
Bonac. de obligat. Benef. disp. 4. p. 1.
nu. 5. Reginaldus in praxi for. perit.
lib. 30. nu. 78. Quarrurias in c. cum
in officijs de test. n. 3. in fine ibi. nam
post factam diuisionē inter Eccle-
siam, Episcopū, & Sacerdotes Ec-
clesiæ ministros; Episcopi, & mini-
stri Ecclesiastici verè Domini sūt,
fructuum eius portionis, quæ fi-
bi cōtingit *Vasquez de reddit. Ec-
clesiast. c. 1. §. 2. dub. 1. Molfius in
summa tract. 6. c. 10. nu. 42. Petrus
Lorca in 2. 2. S. Thomæ disp. 40.
sect. 4. memb. a n. 21. Grando in 2. 2.
controvers. 3. de charitate seet. 1. disp.
3. nu. 4. Suarez de charitate disp. 7.
seet. 2. nu. 3. Bardus d. lib. 3. qu. 10.
seet. 2 nouissimè Emanuel Gonza-
lez**

lez in c.vlt. de peculio cleric. n.6. & 7. Huradus de congrua resol. 1. Antoninus Diana p.5. tract. 8. resol. 3 1. vers. sed ego, Molina Theol. tom. 1. de iustit. tract. 2. disp. 143. & Molina Iuris consuleus de primogenitura lib. 2. c. 20. à n. 48. & alij quamplurimi, quos breuitatis causa ex dicto omitto, & fuit opinio Glose in Can. duo sunt 1 2. q. 1. verbo proprietatem, ubi ita scribit rerum ecclesiasticarum tamen denè concedendum est, quod clericus sit dominus fructuum collectorum, ac etiam Bartoli in l. sacro sancta C. de Episcopis, & Clericis. Habet sua fundamenta hæc sententia, & primò adducitur *textus in c. per 49 uenit de fidei sufforibus*, in quo textu Lucius Papa Tertius mandauit satisfieri creditoribus clericorum ex fructibus beneficij: Hinc ergò probatur clericos fieri dominos fructuum suorum beneficiorum; nam alioquin solutio creditoribus fieret ex aliena re, & etiā posset prætendi repetitio eius, quod solutum est per text. in l. si alieni 78. ff. de resolut.

Secundò adducitur *Textus in c. unico de clericis non residentibus*, ubi dicitur, quod Clerici, scū Beneficiati Cathedralium, & Collegialium nō interessentes. Diuinis nisi fuerint impediti ex iusta causa non acquirunt dominiū distributionum quotidianarum, ibi: *rerum sic receptarū 51 dominium non acquirant*, nec faciat fructus suos sic etiā dicitur in Concilio Tridentino tam sess. 22. c. 3. de reformat. ibi: *nec eius quoque modo dominium acquirat*, quam sess. 23.

c. 1. de reformat. in quo statutum est, quod Episcopi, & alij curam habentes animarum si residentiam non faciant in eorum Ecclesijs fructus suos non faciant; ergo à contrario sensu si clerici, & ceteri beneficiati in Diuinis interfuerint, si Episcopi, & ceteri curam habentes animarum residerint in proprijs Ecclesijs acquirunt dominium fructuum, eos, que suos faciunt argumētum con- 52 cludit, & clariū videtur insinuare idem Concilium Tridentinum sess.

24. c. 1 2. de reformat. ibi; alioquin anno primo priuetur unusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam prebendæ, ac ratione suos facit, quid clariū facere fructus suos, & ipsarum acquirere dominiū. Adducitur etiam *textus in c. cum venerabilis de exceptione*. Vndè probatur Episcopum habere dominium Ecclesiæ, sed fortius facit *textus in c. ex parte finali de ijs*, que faciunt à maiori parte &c. ibi, & quilibet Canonorum tecum pariter aliquam suorum reddituum portionem operi tam pro necessario deputaret. Nota enim ibi verbum illud suorum; suum enim dicitur, cuius acquiritur dominium l. unica C. de thesaur. lib. 10.

Facit enī *textus in c. unico de clero egrotante in 6. in fine*, ibi: *presenti quoque adicimus sanctioni, ut conditores huiusmodi de prouentibus Prælatorum*; si enim sunt Procuratores Prælatorum: ergo eorum dominiū acquirit Prælatus à genitiū ad iectionem dominium importat.

Probatur quoque ratione, quia cum di-

distributio reddituum ecclesiastico-
 54 rum in quatuor partes sit facta,
 atque ex una erexitio beneficiorum
 eorum assignatio extrahunt, ut utar
 verbis *Bardi* ipsos redditus à co-
 muni ad proprium dominiū; quod
 autē distributio, & assignatio por-
 tionis propriam faciat ipsam por-
 tionē assignatam est manifestum;
 quia nisi propria fieret, & remane-
 ret, sicuti erat ante distributionem,
 nullum ipsa distributio haberet ef-
 fectum, & cōsequenter inutilis es-
 set erexitio beneficiorū, veluti quę-
 dam deputatio, & assignatio, per
 quam idem caperetur per diuisio-
 nem, quam erectionem beneficio-
 rum; nam per utramque transfor-
 tur dominium, quia diuisio, & ere-
 ctio realiter loquendo nō differunt
 nisi secundum quasdam solemni-
 tates à iure acquisitas, nam portio
 illa habet rationem beneficij ecce-
 liastici, quatenus est autoritate
 Episcopi instituta in perpetuum in-
 ordine ad aliquid officium spiri-
 tuale, & datur enim pro substantia-
 tione clericorum.

Imò, ut dicit *Gonzalez*, etiam si bona
 ecclasiastica essent in cōmuni, quo-
 55 que portionis proprię clericus ac-
 quireret dominium; nam id, quod
 commune est meum est, quatenus
 ad dispositionem partis meae *l. ser-*
ni electione §. *habeo de legatis l. in re-*
cōmuni ff. de seruit. urbanorum: mul-
to ergo magis nunc post diuisione,
& adjudicationem dominium ac-
quiratur §. *primo instit. de offi. Iudic.*
 Probatur etiam, nam natura ipsorum
fructuum dominium non respicit,

56 siquidem, ait *Gonzalez* constat ca-
 lia beneficiā ex decimis, & posse-
 fidib⁹ ab eis oblatis, erēcta fuisse,
 vt probat *Bellar. tom. i. contr. lib.*
i. de clericis *rom. 25: Marcus Anto-*
ninus Cucchus d.c. 26. decimę autē
 in lege veteri Leuitis à Domino
 datae fuerunt n. 18. vbi adnotanda
 sunt verba illa filijs, cui dedit om-
 nes decimas, quę inducēt fuisse
 concessas ratione dominij; nam
 verbum dāre, dominij translatio-
 nem significat *l. ubi autē 57. §. ult.*
ff. de verb. oblig. in lege gratiæ cleri-
cos decimas percipere constat ex c.
Tua Nobis de decimis: oblationes
 autē ex animo à fidelibus Eccle-
 siæ donari, vt in eius, & Prælato-
 rum dominium transeat patet ex
Clementina, quia cōtingit de Reg.
 domibus religiosis *Tridet. sess. 22.*
c. de reform.

Insuper milites omnes proprij stipen-
 dij dominium acquirunt; Clerici
 57 autē ecclasiasticæ militiæ sunt ad-
 scripti: ergo stipendia suæ militiæ
 sua sunt.

Tandem confirmantur hæc omnia ex
 communi consuetudine Ecclesiæ
 58 Orbis Christiani, qua attenta, ec-
 clasiastici omnes tāquam veri Do-
 mini disponunt de redditibus ec-
 clasiasticis, & quando ex vi, & na-
 tura reddituum ecclasiasticorum
 beneficiati non possent acquirere
 dominium, benè cōsuetudo eisdem
 præfatum dominium concedere
 potuit.

Hæc adducuntur à Doctoribus istius
 sententiæ, qui respondent ad argu-
 59 menta primæ sententiæ, & vt ad
 pri-

primum possit adēquatē responde
dere *Gonzalez* dicit, quod dominiū
est triplex; primum dicitur absolu-
tum, & plenum, quod tantūm Deus
vt Dominus vniuersalis in omni-
bus obtinet. Secundū vocatur me-
dium, habetque homo in suis rebus
ad dispensandum de illis. Tertium
vocatur infimum, quod habet Rex
in bonis suorum subditorum ad di-
sponendum pro communi vtilita-
te. Vnde ait *Gonzalez* dicendum
esse, quod *Textus in c. scim. scīēdum*,
& alijs intelligendi sunt de domi-
nio pleno, & absoluto, at in presen-
ti agimus de domino medio; vnde
nihil impedit, quod in fructibus
ecclesiasticis Deus dominium ab-
solutum; Beneficiati verò dominiū
medium obtinent; simile dicit *Za-*
berella in clausul. gratia de rescriptis
in col. ultima sub n. 12.

Ad secundum respondent, Canones
eo illos procedere antequām fieret
diuisio bonorum, cum scilicet om-
nes in communi vivebant; nam cū
adhuc Beneficia non erant institu-
ta, non poterant clerici ex bonis
communib[us] ultra necessarias ac-
cipere; illo enim tempore vocabā-
tur Episcopi, & ceteri beneficiati
dispensatores, & procuratores, & si
quid vkrā propriam portionem ac-
cipiebant, furtum committebant,
quod colligitur ex epistol. *Urbani*
Papa de qua in c. scimus. 12. q. 1. ibi
scimus vos nō ignorare, quia hactenus
vita communis inter omnes Christia-
nos viguit, & adhuc gratia Dei vi-
get, & maxime inter eos, qui in sorte
Domini vocati sunt, scilicet Clericos

facta tamenē diuisione, & postquām
erēcta fuerunt beneficia Domini
sunt effecti fructuum; immō ex illis
authoritatibus nec probatur Cleri-
cos, seū Episcopos non habuisse do-
miniū fructū, sed cū illo onere re-
tinuisse, distribuendi s. in pios usus
retenta priūs propria portione.

Et quamvis etiam post diuisionem
Cōcilia, quæ celebrata fuerunt eo-
dem modo loquendi vtantur, & ijs
rationibus, prout omissis alijs lo-
quitur *Trident.* sess. 25. c. 1. in quo
loca prohibet Episcopis ne ex fru-
ctibus ecclesiasticis dicent cōsanguineos,
quia basa Dei sunt, & Apo-
stolorum *Canones* hoc prohibent: At
respondent Doctores huius sente-
tiae præsertim *Bardus sub nu. 16.*
verba predicta Tridentini desumpta
ex *Can. 41. Apostol.* nil facere contrā
hanc sententiam, quia quod attinet ad
prohibitionem utique admittendum
est superfluos fructus non esse con-
sanguineis, & alijs familiaribus do-
nandos sed p[ro]p[ri]is operibus applicandos,
ex quo non sequitur, dominium non
esse penes beneficiarios; nam dictum
omnis non repugnat dominio: Igitur se-
tum hinc probari potest carentia pre-
dicti dominij, quatenus non est in be-
neficiatis omnimodo libertas dispen-
sandi fructus excedentes congruam
substantiationem, & si donando diffi-
cile est illicite quidem, sed validè id fa-
cient, nec huiusmodi carentia dominij
potest deduci ex eo, quia Sacri Cano-
nes dicunt hoc esse patrimonium Chri-
sti, & pauperum, quia ita dicunt, ex
quo sunt in obsequium Dei, & Chri-
sti Domini dicata tum à Donatoribus,
tum

rum ab Ecclesia iuxta c. nullum i 2.
 63 q. 2. Et neque Concilia, & Patres in hoc loquendi modo separant fructus necessarios substantiationi à superfluis, sed indefinite, & generaliter omnia bona ecclesiastica patrimonium Christi, & rem Dei vocant, & dici solent patrimonium pauperum, quia ex superfluis substantiationibus pauperes sunt alendi quoad debitum charitatis, non vero quod sint sub dominio ipsorum pauperum antequam eis applicentur: Ita Bardus.

Nec adrem facit dicere quod portio il-
 64 la, quæ pauperibus contingit sit confusa, & permixta cum redditibus ecclesiasticorum: ergo ecclesiastici carent dominio saltem omniū reddituum, & aliqua pars ex ijsdē fructibus pertinet ad pauperes, quia respondet idem Bard. n. 18. & negat consequentiam; nam nō obstante illa permixtione adhuc dominium omnium reddituum pertinet ad ipsos beneficiatos, quamvis habeant onus applicandi partē pauperibus in quos non transferunt dominium portionis ipsis tangentis antē actualem segregationē, & traditionem; ipsam autem applicationē statim Beneficiati amittunt dictæ portionis dominium, & in pauperes illud transferunt, prout accidit in redditibus hospitalibus applicandis, & quamvis omnia bona ecclesiastica iure naturali, & Diuino sint instituta non tam in Clericorum substantiationem, quam etiam in pauperum alimenta; attamen, vt dixit Bardus loco cit. nu. 19. recte per Ecclesiam potuit deter-

minari quantitas debita pauperibus, prout fecit in alijs; Ideò multi Summi Pontifices quartā ex toto cumulo erogandum statuerunt pauperibus. Verum hisce temporibus decreta huiusmodi Pontificia quoad quartam pauperum in defuetudinem abierunt, & tantum Clericis manet obligatio secundū ius naturæ ad subueniendum pauperibus. Ideò quamvis per contrariam consuetudinem nō possit derogari iuri naturali, ed illa taxa quoad quartam, cum nec de iure naturali, nec diuino sit, & sit bene, potuit abrogari per contrariā consuetudinem.

Argumentum verò quod Clerici non
 65 possunt testari de bonis ecclesiasticis iuxta c. relatum, & cum in officijs de test. respondetur per hos Doctores inde non probari clericos non non habere dominium reddituum ecclesiasticorum; nam benè stare potest dominium cum hac restrictione, sicut in alijs videmus; fuit enim per Sacros Canones restricta facultas Clericis testandi, quia non erat equum de his disponendi, quia, vt dicit rex. in d.c. in officijs charitate primo loco illis tenemur, à quibus beneficium nos cognoscimus recepisse; Ecclesiastici autem ab Ecclesia multa beneficia percipiunt; Ideò iustum fuit, vt careat facultate testandi, & bona apud easdem Ecclesias remanere debant, à quibus per totā eorum vitā sic affluenter reperirent; insuper vt arceanter à cupiditate cumulādi, & relinquendi consanguineis.

Nec

Nec ex eo quod beneficiati minores
 66 de bonis acquisitis intuitu Eccle-
 siarum testari possunt, præter Epi-
 scopos, quibus specialiter id indul-
 tum est, sequitur non acquirere do-
 minium fructuum, dum viuunt. Si-
 67 militè respondetur ad argumen-
 tum de spolijs clericorum; nam ex
 eo quod Romani Pontifices reser-
 uarūt Camerę Apostolicę id, quod
 reperitur in obitu Episcoporum,
 non sequitur non acquisuisse do-
 minium illorum bonorum; quia
 enī Episcopi tenentur id, quod
 superest eorum debitæ sustenta-
 tioni erogare in pauperes, piosue
 v̄sus; cū reperitur aliquid in mor-
 te, signum est, quod in vita proprię
 obligationi non satisfecerunt ut
 oportebat, & illud superfluum,
 quod reperitur habet relationem
 ad pauperes, qui fuerunt fraudati
 ab Episcopis: Ideò Romanus Póti-
 fex iustè Camerę Apostolicę incor-
 porat, vt indē in pios v̄sus, pau-
 perumque alimentum expendatur,
 supplendo obligationē, quę inhæ-
 reret Episcopis.

Vice versa Doctores primæ senten-
 68 tię respondent argumentis huius
 vltimę sententię, & ad *tex. in c. per-*
uenit de fideiis. ex illo textu nihil
 probari afferunt, quia aut Lucius
 Papa ibi non loquitur de redditib-
 us ecclesiasticis, vel si loquitur de
 beneficiorum redditibus, dicen-
 dum est, ideò dictum Pontificem
 statuisse ex beneficij fructibus sol-
 ui debere creditoribus eorum cre-
 ditum, quia debitum fuerat factū
 à clero, vt suis necessitatibus

prospiceret, ex hoc autem non se-
 quitur, & argui potest dominium
 acquiri à clero super fructibus
 bonorum Ecclesie, quia huiusmo-
 di obligatio ad satisfaciendum nō
 fundatur super dominio, sed super
 iure, quod habet clericus percipi-
 endi ex beneficio vieti suo ne-
 cessaria.

Ad secundum argumentum, nempe
 69 *c.unic.de cler. nō residentibus, & ad*
Conciliū Tridentinum; respondent,
 quod licet pro clericis nō residen-
 tibus, aut suum munus minimè cō-
 plentibus videatur ex illis euinci
 dominium super fructibus; tamen
 verus sensus illorum iurium nō
 est iste, sed solum est, quod nō re-
 sidentes, vel proprium munus non
 adimplentes non solum dominiū su-
 per fructibus nō acquirant, sed nec
 etiam ex his fructibus possunt ac-
 cipere, vt suis ipsis necessitatibus
 prospiciant, & debent eos prò rata
 temporis omnibus pauperibus, vel
 fabricę Ecclesie erogare: Hinc illa
 verba fructus suos non facere, nec
 eius quoquomodo dominiū acqui-
 rant, & similiā, verum dominium
 non referunt, sed solum indicant
 illud ius, quod Beneficiati habent
 accipendi ipsis necessaria si præse-
 tes fuerint, & adimpleuerint iniunctum
 officium: Ità *Mancinus loco*
cit. sed aliter respondet Nauar. d.
q. i. monit. 5 1. vide ipsum.

Neque aliquid vrget *textus in c. ex parte*
70 te de his, que sunt a maiore C. C.
 quia dicuntur redditus esse Bene-
 ficiatorum in quantum ad vsum,
 non proprietatem, & dominium.

Sic etiam respondet ad c. *vnit.*
de Clerico agrotante in 6. nam fructus ecclesiasticorū beneficiorū dicuntur prouentus Prælatorum, quia ex ipsis alendi, & substantandi sunt Prælati.

Ad rationes respondent hi Doctores,
 71 & præsertim *Martinus Navarrus*
d.q.de redditib.monit.50. & 51. &
 dicit, falsum esse pertalem diuisionem bonorū, & erectionem beneficiorū fuisse immutatam naturā primūam reddituum ecclesiasticorum beneficiorum, quia actus agentium non operaretur. *yltra*
 eorum fines per *text.* in *l.* non *omnis ff.de rebus creditis cum alijs;* at intentio, & finis eorum, qui præfatas diuisiones fecerunt, non fuit exoneratio ab onere, quod inhe-
 rebat eis alendi pauperes ex superfluis, quod ex pluribus conie-
 turis probat, & præsertim quia fi-
 nis talis diuisionis fuit auferendi
 rixas, dissidia, & lites, quæ inter
 Episcopos, Capitula, Beneficia-
 tores, & alios accidere solebāt; quo-
 niā quādo vniuersa bona soli Epi-
 scopi administrabāt, vt ait *Clemēs*
lib.2.c.28. & 29. & probatur etiā
ex c. precipimus 12. q. 1. minimè
 exibebant Beneficiatis, & reliquis
 congruam, quam debebant por-
 tionem rerum, quum communio
 sēpissimè discordias excitet *l. cum*
pater §. dulcissimis delegatis 2. Item
 præfatorum bonorum diuisiones
 facte sunt, vt diminueretur Præla-
 tis intumescentibus potestas, & sc̄pē nihil vel nō satis distribuenti-
 bus Canonicis, Clericis, pauperi-

bus, & fabricæ: ergo non debet argui eorum potestas per dictam diuisionem, qua prius carebant; antea enim tantum viatum, & ve-
 stitum sibi sumere poterant: ergo neque post diuisionem amplius habere debent. Item quia *Inno-*
cent.3. in cap. fin. de ijs; que fiunt à
maiori parte *crc.* decreuit ob fa-
 bricæ necessitatem, & reparatio-
 nem Ecclesiæ posse Episcopum cū
 maiori parte Capituli applicare
 necessaria, & Canonicos teneri cō-
 tribuere; quod iustificari non pos-
 set, nisi dicamus per præfatam di-
 uisionem nō fuisse effectos domi-
 nos integros portionum redditū,
 sed solum administratores eorum,
 ita vt se honeste substētatis, quod
 supereft pijs operibus erogandum
 sit; nam si dominium acquirerent
 eorum portionum, non posset ma-
 jor pars minori præjudicare; in re-
 bus enim, quæ cōmunes sunt plu-
 ribus vti singulis non potest parti
 minori præjudicari *l. per fidum ff.*
de seru.rust.l.sabinus ff.com.divid.
 Item quia Beneficiati separata ha-
 bentes Beneficia, & separatos red-
 ditus possunt cogi ad reficiendam
 Ecclesiam de his, quæ eis supersūt
*c. 1. & c. de his, de Ecclesijs adifi-
 candis;* & tamen non possunt cō-
 pelli de superfluis patrimoniali-
 bus: ergo per huiusmodi diuisionem
 non sunt effecti adeo liberi
 Domini, ac sunt patrimonialium
 bonorum; prædictæ autem diuini-
 siones alias effectus producere, &
 operari poterūt præter acquisitionem
 dominij vt latè *Navar.d.moni-*
nit.

nit. 50. Neque iuuat dicere, quod per diuisionem rei cōmuniſ vnuſ- quisque fit dominus portionis ſue
l. cum per hereditatem ff. de legatis
73 2. cum alijs, Quia respondet *Nauar. monit.* 51. quod intelligendū eft de acquisitione talis dominiſ qualiter habebatur in communi, non autem de translatione dominiſ alterius ſpeciei, vt cum plures habēt prædiū commune quoad vtile dominium tantum, ſi diuidatur, vterque fit dominus vtiliſtantum ſuę portionis; cum ergo dominium bonorum ecclesiasticorum fuifet commune Episcopo, Clericis, Ecclesiæ, & pauperibus; cum tamen illa erant ita communi, vt ſi aliquid ſupereret Miniftriſ honestæ ſubſtentationiſ ero- gare deberent pijs operibus ſeu vſibus: Pateret quod per diuisionem non poterunt fieri propria illorū libera quoad portionem eis con- tingentem. Hęc, & alia Nauarrus. Ad argumentum *Gonzalez de deci-*
74 mis responderi poterit; quod de- cimæ fuerū datę filijs Leui à Deo in lege veteri, & hodie in lege gra- tiae dantur à fidelibus Ecclesijs, vt fiant domini quoad vſum tantum neceſſarium, nō autem vt trāſcant in eos quaſi abſolutos dominos, & in plenum eorum dominium, ſed conditione accep̄ta, vt eis honeste ſubſtentatis reliquum erogetur in pios vſus.
Paritas totam stipendiij militis dicit
75. Martinus Nauarrus nu. 77. quod non eſt bona; quia stipendium mi- litis, & mercenarij hominis nullū

onus habenti annexum; cū tamen clericorum ſtipendia hoc ſui na- turā habeant, vt ſuperfluā debeat in pios vſus erogari, eo quod clericus ſecūdum illud *August. c. vlt. 12. q. 1.* ſcire debeat, quod beneficij bona ſua non ſint, ſed pauperum, quo- rum procuraſionem gerit; ego ve- rò addere poſſem, quod militi, & mercenario datur ſtipendium ad vi- tæ dumtaxat ſubſtentationem; Ec- clesiārum autem redditus ſunt ſu- pra ſubſtentatio, vt ſupponimus, & in eis adeſt portio pauperum.

Tandem ad consuetudinem respon- *76* deri poterit per hanc nō poſſe im- mutari naturam intrinſecam bo- norum ecclesiasticorum, & in quā- tum ad testamenti factiōnem, Epi- scopi hanc facultatem minimè ha- bent: De cæteris verò ecclesiasticis vigore cōpoſitionis, quam inierunt cum Camera Apostolica, & ſingu- lis annis ſoluunt quid certum pro ſpolijs, aliter responderet *Nauar. mo- nit.* 53. vide etiam *Hurtadum d. lib. I. replic. I. §. 7.* & per totam re- ſolutionem. Hęc, & alia dicunt Doctores in hac quæſtione.

Resolutio huius quæſtionis patebit *77* clariſ. in cap. ſequenti; Interim verò dico primo, Episcopos, cæte- roſq; Beneficiatos redituū, quos habēt propriæ Ecclesiæ ſeorsim, & ſeparatiꝫ a redditibus mensæ epi- scopalis a suis eſſe merē dispēſato- res, & adminiſtratores, nullumque horum dominium habere; & ex- preſſe *S. Thomas d. art. 7.*

Secundò dico Episcopos; omnesque Beneficiatos respectu illius por-

C 2 tionis

tionis, quæ necessaria erit ad propriam substentationem, quam cōgruam appellat, acquirere verum, & proprium dominium absolutum, liberamue dispositionem ad sui libitum. Hęc conclusio expressè defumitur ex S.Thoma 2.2.q.185.d, an. 7. in corpore: ibi de his autem quae sunt specialiter suo usui depurata videtur esse ratio, quae est de proprijs bonis ut scilicet propter immoderatum affectū, & usum peccet, siquidem immoderatē sibi retineat, & alijs non subueniat, sicut requirit debitum charitatis. Hęc S. Thomas: Quare apertè videtur sentire D. uus Thomas, quod Episcopus, siue quilibet alius beneficiatus portionis sibi tangentis ad propriam substentationem acquirat dominiū, & fiat dominus simpliciter, & absolute, & possit de ea disponere sicut de proprio patrimonio; dixerat enim antea Dianus Thomas in principio conclusionis, quod Episcopus de bonis proprijs habeat dominium, & ex ipsa conditione non obligatur, ut eas alijs conferat, sed possit eas vel sibi retinere, vel alijs pro libito elargiri: poterit tandem in earum dispensatione pecare propter inordinationem affectus, per quam contingit, vel quod sibi plura cōferat, quam oportear, vel alijs non subueniat secundum quod requirit debitum charitatis: cum ergo postea idem Sandus Thomas de illis, quae sunt specialiter suo usui, scilicet Episcopo deputata dixerit, quod idem est iudicium, ac eadem ratio, quae est de

proprijs, clare sentit, quod efficitur quoque absolutus dominus portionis spectantis pro sua congrua substentatione. cū S.Thoma omnes videtur sentire Catelanus ibidem vers. respectu, nec discordare videntur Abbas loco cit. nu. 27. nec Navar. quest. 1.monit. 26. Robertus Mazzuc. loco citato Molina de iustit. tract. 2. disp. 143. vers. his posit. Sotus de iustit. lib. 10. q. 4. art. 3. vers. 6. conclusio Lessius de iustit. lib. 2. c. 4. dub. 6. nu. 39. Layman lib. 4. tract. 2. c. 8. Filiuc. tom. 3. tract. 43. c. 3. nu. 6. & tom. 2. tract. 31. de iustit. c. 4. q. 6. nu. 100. Azorius p. 2. lib. 7. c. 8. vers. quod attinet. Reginald. late in praxi lib. 20. tit. 3. c. 7. à nu. 76. cum sequentibus. Vafquez de redditibus c. 1. §. 2. dub. 1. à fortiori. Sammietus loco cit. de reddit. p. 4. c. 7. Couarruas in c. cum in officijs de Testamento p. 2. c. 1. I. §. & 3. 1. Bonacina loco citat. nuper Candidus 10. v. disp. moral. disp. 18. art. 6. dub. 3. Gutierrez tract. quest. lib. 2. q. 114. per totum à fortiori: Ita tenent qui docent simpliciter, beneficiatos esse dominos fructuum eorum beneficiorum: Barbosa de iure Ecclesiastico lib. 3. cap. 17. de fractibus beneficiorum n. 10. & 12. Leandrus d. tract. 5. disp. 3. §. 2. q. 7. §. & Bonacina de oblig. benef. disp. 4. punto. 1. n. 5, quia dato quod beneficiatus nō habeat dominium bonorum beneficij, habet usufructum; usufructarius habet dominium fructuum in vita sua, nec discordat Thomas. Hurtadus loco cit. nu. 50. qui etiam fatetur portionis affi-

assignatæ pro congrua substantia-
tione Episcoporum, & ceteros fe-
ri dominos, & hoc docere D. Tho-
mam afferit.

Probatur ratione à priori hæc conclu-
sio: quoniam, vt diximus, iure iu-
sticie debetur portio beneficiato,
siue Episcopo pro sua sufficienti
substantiatione, nam qui Altari ser-
uit, vt diximus, de Altari viuere
debet, dignusq; est operarius mer-
cede sua: ergo si iure iusticie debe-
tur ei hæc portio pro sua substan-
tiatione, suam facit illam, & fit Do-
minus illius portionis, poteritque
de illa disponere sicut vult, quia in
stipendium proprij laboris, & offi-
cij datur. Multas alias rationes, &
authoritates affert *Sarmient.* d. p. 4.
per plura capita, qui e. 2. etiā dicit.
hoc procedere attenta natura rerū,
precisa alia lege Ecclesiastica.

Hinc dicit: S. Thomas d. 2. 2. q. 185.
81 art. 7. ad 2. Si Episcopus de eo, quod
proprio usui deputatum est velit ali-
quid sibi subtrahere, ex alijs dare nō
poterat. S. Thomam sequuntur qua-
si omnes: *Caietanus ibidem*, qui lo-
quitur in specie de consanguineis
de quibus nos infra. *Azorius* p. 2.
lib. 12. c. 11. vers. item, & *Nauar.*
in sum. c. 17. nu. 94. ex de redditi-
busq; 1. monit. 43. *Sotus de iustit.*
lib. 10. q. 4. art. 3. vers. *Les-*
suis d. c. 4. dub. 6. nu. 39. *Layman* lib.
4. tract. 2. cap. 3. nu. 2. *Sanchez*. in
tronf. lib. 2. c. 2. dub. 43. *Molina* disp.
345. tom. 1. ex *Molina iuris consul-*
tus lib. 2. de primog. c. 1 Qm. 20. *Bar-*
bosa de iure ecclastico lib. 3. c. 17.
n. 20. *Bardus* d. lib. 3. q. 10. sect. 14.

n. 6. *Bonac. de obligat. Benef. disput.*
4. p. 3. *Candidus* d. n. 6. dub. 3. vers.
dico quarto *Reginald. d. tract. 3. nu.*
89. *Leandrus* loco cit. q. 5 1. *Cardi-*
nalis de Lugo disp. 4. sect. 3. nu. 35.
Filliuc. tract. 43. c. 3. num. 6. ex d.
tract. 3 1. c. 4. p. 6. nu. 100. *Hurta-*
dus loco cit. nu. 50. *Fagnanus* in c.
finali de peculio clericorum n. 23. *Pete-*
trus Barboſa in *L. disiortio* 2. p. n. 68.
ff. soluto matrimonio, quia quod re-
manet est fructus industriæ non
beneficij, & portio debetur Bene-
ficiato, siue Episcopo de iure iusti-
tiae sic potest facere de ea quod
vult, & ex eo etiam quia pars illa,
quæ datur Episcopo ad sui substan-
tiationem se habet sicuti alimenta,
quæ dantur v.g. filijs à patre, vt di-
cit *Bardus* secundum decentiā sta-
tus patris; At filij si aliquid ex ali-
mentis assignatis parcè viuendo
subtractum possunt de illo ad quæ-
cumque usum disponere, negari
haud potest, quod pars, quæ datur
Episcopo cedat loco aliorum.
Probant etiam hanc sententiam, quia
83 congrua nō consistit in puncto in-
diuisibili, sed habet latitudinem suā,
sicuti pretium cuiuscumq; rei; nam
habet medium, infimum, & supre-
num: potest ergo quilibet Benefi-
ciatus accipere, & reseruare sibi
congruam usque ad summum gra-
dum, & postea parcus viuendo,
& sibi subtrahendo quod superest
in quoscumque usus expendere,
& etrogare cotisanguineis, illosque
ditare erigendo maioratu pro do-
mo, & familia sua melioranda: ita
Molina, Theologus disp. 147. *Moli-*
na

na iuris consultus lib. 2. c. 12. n. 30. de primogenit. Sotus, Lugo, & alij locis citatis.

Scio tamen multos Doctores contra-
84 rium docuisse, scilicet non posse be-
neficiatos, seu Episcopos id, quod
eis supereft de eorum congrua por-
tione parcè vivendo ad proprium
libitum disponere sed in pios usus,
ut scripsit *Baldus in auth. licentia C. de Episc. & cler. nu. 6. Iason. in conf. 76. nu. 5. lib. 3.* & strenue hanc
sententiam sustinet *Lorca 2. 2. di-*
sput. 40. nu. 37. quem sequuntur
plures Doctores, qui mouentur, quia
adhuc illa bona remanent sacra, &
Deo semper dicata dicuntur, & il-
la quantitas ex portione remansa
se habet ut quid superfluum: ergo
tenetur Episcopus illud erogare in
opera pia, sicuti si detur superfluū
ultra congruam, & illa industria,
seu parsimonia Episcopi non potest
immutare naturam intrinsecā bo-
norum ecclesiasticorum, qua sci-
licet fit ut omne superfluū in pios
usus erogetur.

Sed responderi poterit, verum esse,
85 quod bona, quae sunt deputata ad
substentationem Rectorum sem-
per Dei dicuntur, & sacra, quia ad
substentationem Ministerorum; nā
quicquid Ministris Dei confertur,
ipfi Deo conferri dicitur, ut optimè
Reginaldus loco cit. c. 7. nu. 76.
quod autem accipit Minister pro
sua substentatione iure accipit; cū
iure sibi debeatur iustitiae, ut dictū
est, fit quet alium bonorum, seu red-
dituum verus dominus, & debetur
ei libera, & totalis dispositio; cum

86 verò quis acquirit dominium ali-
cuius rei, potest illam distrahere
quomodo, & cui vult; unusquisque
enim rei propriæ est moderator, &
arbiter *I. in re mandata C: mandati*

& hoc importat acquisitio dominij,
& admissa etiā illa doctrina; quod
87 beneficiatus usufructuari compa-
retur in vita, usuraio in morte de
qua supra, & fusius infra; usufruc-
tuarius tamen in vita acquirit do-
minium fructuum, & cui vult fruc-
tus potest cedere, etiam totum ip-
sum usufructuū vita eius durante,
ut dicūt legistæ, neq; Ecclesiæ facit

88 aliquam iniuriam, sed dumtaxat
sibi ipsi, quia subtrahit sibi de ne-
cessario vietus; sicuti famulus si por-
tionē vietus singulis diebus, à do-
mino acceptam velit dare, aut ven-
dere contentus panis frustulo, &
aqua, iure hoc facere poterit absq;
scrupulo, nam illa portio est porcio
sua, de qua poterit ad sui libitū di-
sponere; Sic Episcopus, seu benefi-
ciatus. Et cum redditus ecclesias-
ticī dicūtur pauperum, est modus
loquendi, non quod pauperes ha-
beant aliquod ius. *Facundez de iu-*
stit. lib. 6. n. 17. c. 10. neque verum
est dicit *Baldus; loco cit. nu. 7.* quā-
titatem, quę resultat, ex parsimonia
quam adhibet Episcopus se substé-
90 tando, esse quid superfluum, sicuti
si quis secundum suam complexio-
nem indigeret v.g. tanto alimento,
& ipse parcus comedet, neino est
qui dicat illud, quod requirebatur
ad necessarium alimento esse quid
superfluum; ita in casu nostro; nā
indigēs Episcopus sex mille aureis

ad

ad sui competentem substentationem si detrahatur duo millia, non dicentur haec duo millia superflua. Post scripta vidi Thomam Hurtado *9 i lib. 2. resol. 1. à nu. 113.* cum pluribus sequentibus, qui etiam tenet contrariam sententiam, nempè nō posse beneficiatum, vel Episcopum quod sibi reseruat ex congrua parcere viuedo in alios, quam pios usus erogare, nec dare consanguineis, & dicit hanc sententiam esse *Divi Thomas*, & affert eius verba *loco cit.* à nobis, ac etiā *Caietani*, & impri- mis damnat dari tres gradus congrue ad instar pretij; dicit enim *n. 120. 121. cōtra 122.* hāc proportionem non posse procedere inter cōgruam, & pretium, quia pretiū ex natura rei non est determinatum: quare minui, & augeri potest respectu eiusdem rei, temporis, & personæ; congrua autem respectu beneficiati consistit in indiuisibili, scilicet, quod honesta substentatio accipi debeat ex redditibus beneficij; quod si quis parciū viuat, si honeste substenteretur, nihil quod superest reseruari potest; quia Concilia, & Patres tantū permittunt recipi de bonis beneficij, quod requiritur ad necessarium viictum, & vestitum; cetera autem pijs usibus applicanda statuerunt; Ideò si infimus gradus congruae sufficit ad hoc, nequit sibi beneficiatus reseruare quæ requiruntur ad medium, & supremū gradum congruae, & sic triplex gradus congruae assignari nequit sicuti in pretio, sed congrua constat quasi in indiuisibili sicut pretiū

legale; Concilia enim, & Patres illam assignauerunt congruam, quæ sufficiat ad honestam, cetera veò pijs usibus eroganda mandarunt, cuius rei etiā assignat rationē *Hurtadus*, quia redditus beneficij qui supersunt omnes sunt Christi, & Dei patrimonium, suntque obligati, & quasi hypothecati, pijs operibus; hanc autem obligationem, & hypothecam non admittunt nisi honestæ substentationis causa, quæ honesta substentatio est opus piū, & in utilitatem Ecclesiæ vergit: ergo manifestum videtur, quod si beneficiatus, infimo gradu congrue substentatur; fructus, qui sunt in medio, & supremo gradu non accrescunt beneficiato, ut possit de illis disponere, quia posita honesta cōgrua, quod superest cōtinetur in patrimonio Christi, & necessario in pios usus expedi debet. *Hac est Doctrina satis docti Thomæ Hurtadi.* Potest ad hanc doctrinam multipli-*94* citer responderi, sed quia idem *Hurtadus in n. 124.* ita scribit. *Nequaque huic doctrinæ opponitur Diuus Thomas in verbis citatis, quia loquitur de fructibus illis, qui antiquitus erant deputati usui Episcopi, & beneficiarij c. mox est 12.q.2. ex deputatione illa legali amiserunt obligationem ad alia pia opera, & sic si moderatius viuat, potest Episcopus id, quod superest dare moderatè consanguineis, & alijs ut non indigeat, non tamen ut diiores inde fiant; At si Episcopo, aut beneficiario non est assignata, aut deputata aliqua fructuum pars usibus suis necessarijs, solum*

solum potest de fructibus desumere
 quod requiritur, & sufficit ad honestam substantiationem, & hac posita
 etiam ex parsimonia vita in infimo
 gradu, quidquid superest pauperum,
 & piorum operum est, nec triplex gra-
 dus congruae assignandus, sicut triplex
 rerum pretium naturale Hec ille; Ideo
 desinam respondere; iam enim fa-
 cta fuit diuisio reddituum ecclesia-
 sticorum, & Episcopis non solum
 95 assignati redditus distincti, sed etiam
 assignata congrua mille scutorum,
 96 vt docet etiam *Hurtadus lib. 2.*
repl. 1.n. 12. de quibus potest Epi-
 scopus disponere, & liberè sibi sub-
 trahere aliquid, quod in alios usus
 expendere potest, vt expressè *S.*
Thomas loco cit. & fassus fuit idem
 97 *Hurtadus lib. 1. repl. 1.nu. 50.* ita
 scribens Igitur *S. Thomas* ut clare
 & sine tergiversatione constabit le-
 genti in his locis loquitur de redditi-
 bus facta eorum diuisione in quatuor
 illas partes, de quibus in c. de redditi-
 bus 12. q. 2. & facta hac diuisione
 egregie loquitur istam partem, quæ
 usibus Episcopi, & beneficiorum
 est assignata possunt disponere sicut
 de bonis patrimonialibus, quia illa
 est assignata pro congrua substenta-
 tione; quare si aliquid de illa subtra-
 hit, potest in quo cumque usus expen-
 dere, sicut bona patrimonialia, vel
 quasi, & in horum distributione solu-
 peccat per immoderatum affectum vel
 usum, quia immoderata sibi retinet,
 & alijs non subuenit, sicut exigit de-
 bitum caritatis; ista enim portio affi-
 gnatur, sicut *Ministro*, qui *Altari*
 seruit: Quare debetur illi propter ser-

uitium, quod Ecclesiæ præstat, tam-
 quam stipendium, magis, vel minus
 pingue pro dignitate ministerij, ac sic
 illius acquirit dominium, sicut habet
 patrimonialium: Hæc Hurtadus.
 Igitur secundum eundem Docto-
 rē potest Episcopus sibi subtrahe-
 re de sua portione iam assignata,
 & de eo, quod subtrahit parcè viuen-
 do disponere ad sui libitum, quia
 bona, & redditus Ecclesiæ iam fue-
 rūt diuisa, nec sunt amplius com-
 munia, licet cum aliqua obligatio-
 ne, quæ non facit res communes
 esse: neq; authoritas Baldi, *loc. cit.*
 multum vrget quia ibi *Baldus* co-
 cludit, quod de eo quod superest
 viuendo nō possit Beneficiatus in
 morte disponere, quod vltro con-
 cedimus; quia ius disponendi ha-
 bet tantum in vita, & certè quod
 superest Episcopo parcè viuendo-
 cum non disposuerit in vita spe-
 ctat ad Cameram, *Reduanus de*
spol. q. 6. contrarium in beneficia-
 tis tenet *Azor. de spol. c. 3. quest. 2.*
 vide etiam *Garsiam de benef. p. 2.*
c. 1. nu. 9. & 10.

Ampliatur etiam nostra conclusio, vt
 procedat etiam si Episcopus, siue
 98 aliis beneficiatus, seū Rector ha-
 beat aliund; nam quoque iure
 accipit portionem pro sua substenta-
 tione, cuius dominium acquirit,
 potest de ea disponere, quia vt di-
 xit *Apostolus prima ad Corinth. cap.*
 9. quis militat proprijs stipendijs di-
 gnus est operarius mercede sua, *Lay-*
man d.c. 3.n. 2. Molina tact. 2. disp.
 145. vers. . . . *Sanchez dub. 44.*
Barbosa d.c. 17. Couar. loco cit. vers.

3. ex

3. ex eodem *Reginald.* d.c. 7. nu. 90.
Azorius p. 2. lib. 7. c. 9. q. 13. *Filiuc.*
d. tract. 43. cap. 3. nu. 7. *Cardinalis*
de Lugo sc̄t. 3. n. 36. *Bard.* d. 7. 10.
sc̄t. 2. *Bonac.* de *obligat.* *benef. disp.*
4. p. 2. nu. 5. & 6. *Azorius* tom. 2.
lib. 7. c. 9. q. 13. *Sotus de iustit.* lib.
10. q. 4. art. 3. ad *ultimo*, *Redoan.*
de spol. 93. §. *stantibus* nu. 14. *Petrus*
Barbosa in *l.* *diuortio* 2. *parte*
sub n. 67. ff. solut. mat. & ante istos
optimè Cardinal. *Caietanus* 2. 2. q.
185. art. 7. in *responſ.* ad 3. *Rota in*
d. Atrien. & *Penen.* *congrua* prima
Februarij 1673. quam supra ad-
duximus, in qua fuit recessum ab
alia decisione in S. *Seueri* congruę,
& fuit opinio etiam antiquorum
Canonistarum. *Innocentij* in *c.* *Epi-*
scopus de præbendis, & cap. *quoniā*
ne Prælati vices. *Abbat.* *Panormit.*
d. cap. *Episcopus Nauar.* *de reddit.*
Eccles. q. 1. monit. 32. qui respōdet
ad cōtraria. Sed *Cardinalis de Lu-*
go nō cōcordat in assignanda ra-
tionē; & dicit illam, quam multi
assignāt, nempē dignum esse ope-
rarium mercede sua non omnibus
beneficijs competere: nam simplex
beneficiū tantū exposcit, vt
beneficiatus dicat officium, sic non
est tanta mercede dignus; nec aliā,
quod scilicet titulus tribuit hoc
ius: & sequeretur, quod ex singulo
beneficio possit congruam acci-
perc: dat igitur ipse *Lugo* rationē,
quia id, quod expenditur in alendis
ministris piē expenditur, cūm ad hoc
dentur bona à fidelibus: Sic non est
illicitus ille usus, quo expenditur
pars reddituum in alimoniam mi-

nistrorum licet aliundē possent ex
bonis proprijs viuere; quare dicit
de Lugo, qui plura beneficia ha-
bet, non ideo potest accipere plus,
quia Ecclesia iam expēdit quod est
satis in alendo Minister, nisi fortē
cresceret labor, vt dignus esset ma-
iori mercede. *Fusius de Lugo* d. nu.
36.

Sed ego considero, quod haud in om-
nibus beneficijs eadem ratio af-
signari potest; nam in quam pluri-
mis assignari potest illa ratio, de
qua, vt sēpē repetitum est, *D. Pauli* 1. ad *Corinth.* c. 9. scilicet quod
Rectori, vt puta *Episcopo*, vel alijs
habenti curam animarum debantur
alimenta ex beneficio iure iu-
stitiae in pretiū officij, seu laboris,
qui a dignus est. *operarius mercede*
sua, & qui proprijs stipendijs mi-
litauit, & Dominus mandauit, vt
qui *Altari seruirent*, de *Altare vine-*
re deberent. Minister habet ius cer-
tum, & iustum ad viuendum de
Beneficij redditibus; ergo non te-
netur de proprio viuere. Accedit
quia cum quis Ecclesiæ regimen-
accipit, se totum illi dat, illiusque
curæ se astringit: ergo de bonis il-
lius viuere iustum, & consentaneum
est, non autem de patrimo-
nialibus; in alijs verò beneficijs
simplicibus nō eadem procedit ra-
tio, quia non idem officium, nec
eadem cura præstatur: Ideo in illis
procedit ratio ab illo quondam præ-
stato, qui respondet ad contraria
quæ adduci possent ex Sanctis Par-
tribus, scilicet quod qui habet ex pro-

H prijs

prijs bonis, non debet alimentum recipere ab Ecclesiæ fructibus; nam dicit, illos Canones procedere iure antiquo, quando omnia erant communia. & licet replicari posset aduersus dictum Cardinalem de Lugo, quod etiam iure antiquo quādo redditus, & bona stabant in cōmuni iure iustitiae debebatur portio pro substantiatione Episcoporum, & aliorum Rectorum: attamē S. Thomas in d. art. 7. clarè constituit differentiam, cū bona stant in communi, & quando sunt diuisa, & ratio differētiæ mihi clara, & aperata videtur: nam quando bona sunt diuisa, Episcopus habet ius ad certam rem, seū ad certam portionem, quæ deseruiet pro sua substantiatione: Sic etiam cæteri Rectors, & Beneficiati. Verūm, cum bona erant in communi Episcopus, seū Rector habebat ius in confuso simul cum Ecclesia, cū ministris, & cum pauperibus, qui omnes simul habēt ius tanquam credidores bonorum, & redditū Ecclesiæ; & ideo Episcopus, & Beneficiatus fideliter tenētur dispensare, ac partiri dictos redditus, vt fidelis inueniatur iuxta Apostolicū præceptum; & tantū accipere poterat, quantū sufficiebat pro sua modesta substantiatione; Sic non acquirebat ius ad certam rem sicuti acquirit, postquam facta fuit diuisio; quia tamē illicò absq; vlla alia diuisione adipiscitur ius ad suam portionem pro sua vita ducenda absque eo quod consideret, & perquirat an remaneat reliquæ portiones pro

Ecclesia, pro pauperibus, pro ministris & tunc ijs tenebitur, cum su
103 pra substantiationem propriam superfluum quid fuerit: quare optima responsio videtur illa D. Cardinalis de Lugo. Non reticebo tamen doctissimum Barbosu d.lib. 3.
c. 17. nu. 28. aliter respondere ad dictos Canones, nempè Canon. Clericus, & Pastor c. si quis 1.q. 2. Can. illa autem c. si priuatim 12.q. 1. c. vlt. 16.q. 1. scilicet hos Canones nō esse leges Ecclesiasticas, sed dicta quedam Hieronymi, Augustini, & Prosperi, qui legem posituam nō faciunt, sed declarant ea, quæ magis decent statum clericalem, & licet interdū utantur verbis significantibus grauem culpam, non ideo ita loquuntur quod id per se malum sit, sed quia in tali statu facile committi potest culpa, cum magis ad congregandas diuicias, quim ad subueniendū pauperibus Ecclesiasticis redditibus utatur. Hac Barbosu, qui etiam affert solutionem D. Cardinalis de Lugo supra allatam, & pro indubitate ita tenet Fagnanus in c. si quis sanè de peculio Clericorum à nu. 6. usque ad 17. vbi latissimè rem tractat.

Indè procedit secunda nostræ cōclusi
104 sionis ampliatio, quod si Episcopus, vel aliis Rector Ecclesiæ de proprio patrimonio vixisset, posset quod erogauit ex patrimonio, vt viueret accipere ex beneficijs, seū Ecclesiæ redditibus, & compensare. Ita Molina in sēpè allegata disputatione 145. in principio Lessius de iustit. d. dub. 6. n. 38. Azorius p.
2. lib.

2.lib.7.c.9.in ultima quæstione Sánchez lib.2. conf.c.2. dub.38. Reginald.in pract. loco cit. nu.99. vers. textum Bardus d. sect.9.nu.4. antè istos Nauar. de reddit. q. 3. Silvester in verbo Clericus 4.q.12. sequitur Barboſa de iure Eccles. lib.3.c. 17.nu.28.allegat pro hac sententia Reginald. c. si Episcopus 12.q.5. sed ille Canon hoc probare minimè videtur, quia ille textus Concilij Agatensi dicit tantum quod si Episcopus legauerit aliquid de bonis Ecclesiasticis in testamento aliter non valebit, nisi tantudem de propria facultate suppleuerit; non idem est illius casus ac nostri iudicium; hanc sententiam tenet Carolus Maranta tom.1. resp.18.n.48. qui etiam alios citat.

Aduertit tamen Molina loco cit. & cū 105 eo cæteri Doctores hoc esse verum, vt scilicet possit compensare, & tantumdem de beneficio recipere; dummodo tamen habuerit animum compensandi; secus si donandi. Nam tūc in pia opera redditus erogandi sunt, & idem procedere videtur cum facit eleemosynam de bonis patrimonialibus.

Verum, hæc limitatio summoperè di- 106 splicet Eminētissimo de Lugo d. sect.3.n.45. Nam si quando habet animum compensandi, potest postea compensare non video, ait Lugo, cur non possit etiam si habuerit animum non cōpensandi; dicit enim ipse esse duas quæstiones diuersas, quarū. Prima est an cum quis dat suo creditori aliquid, eo ipso censeatur extinctū debitū, & quidem si de-

derit animo donandino censetur extinctum debitum, quia donare est gratis dare, qui soluit non dat gratis, & hæc quidem pertinet ad materiā iustitiæ; altera vero quæstio, an qui debet facere aliquid ex lege v.g. audire Missam satisfaciat debito, si audit Missam animo nō satisfaciendi præcepto cum intentione satisfaciendi per aliā, & quidem ferè omnes dicunt satisfacere præcepto: Quam quæstionem ad materiam de legibus pertinere dicit Lugo; dubium autem propositum in hac nostra materia regulādum esse per secundam quæstionē; nam Clericus expēdens ex suis bonis patrimonialibus ad sui substantiationem nemini donat; nam sibi ipsi donare non potest, cum suorū bonorum ipse sit dominus nec vlti 107 li alteri se obligat nisi per votū fortè se velit obligare, de quo nūc non loquimur; solum ergo potest habere propositum ad sumnum non satisfaciendi suæ obligationi per illos sumptus, quod quidem ad propositum parum refert; nam re ipsa satisfacit; tota enim obligatio illi oritur ex lege, siue naturali, siue positiva, quæ habentem redditus beneficij obligat ad expendendum in opera bona siue ex ijs, siue ex alijs bonis tantum, quantū supereft ex congrua substantiōne, vsque enim modò æquè satisfacit, siue ex alijs bonis expendat in opera pia talē quantitatē; hoc autem facit in prædicto casu: ergo non obstante illo animo iam satisfacit legi, sicut qui audit Missā

H 2 sine

sine animo satisfaciendi adhuc satisfacit, atque adeo est ratio de eo, quod expendit in propriam substantiationem: nam sicut dans eleemosynam ex bonis patrimonialibus satisfacit debito expediti in opera pia tantam summam propter redditus beneficij; ita expendens in propriam substantiationem liberatur specialiter a debito ex beneficio precepto expendendi totam summam redditus aequalitem, vel in opera pia, vel in necessariam substantiationem; quare insumpta parte illius summae in necessariam substantiationem satisfactum est ex parte aliqua precepto. Hec Lugo, qui confirmat hoc varijs exemplis concludens, quod etiam si non haberit animu compensandi, adhuc poterit compensare.

Sed rem satis inuolutam cerno; aliud enim mihi videtur, ac diuersum querere, an qui ex proprijs bonis patrimonialibus vixit, vel fecit eleemosynam, satisficerit precepto naturali, ac diuino, vel se alimentandi, vel dandi eleemosynā, vel aliud piū agere, itaut non teneatur id facere ex fructibus beneficij; Aliud verò est querere, an qui vixit ex bonis patrimonialibus, teneatur totū quod percepit ex beneficio erogare in pauperes, in opera pia, quasi superfluum ad propriam substantiationem, quasi viuēdo ex proprio patrimonio videatur cessisse iuri se alimentandi ex bonis ecclesiasticis, nec possit retinere, vel recipere ex dictis bonis quod erogauit ex proprio

patrimonio, vel in suā alimoniam, vel in aliud opus piū.

Certè existimo, quod qui facit eleemosynā, vel se substantiat ex proprio patrimonio iā satisfacit vtriq; precepto, vel se alimentandi, vel faciendi eleemosynam, cum sufficiat, vt semelopus preceptū adimplat, vt dicit Cardinalis de Lugo etiā si animum non adimplendi habuerit secundum vnam opinionem, cum tantum ad rem agendam obligatio sit.

Cum verò querimus, an qui vixit ex proprijs patrimonialibus, videatur sibi præiudicasse vt non possit recipere tantundem de beneficij redditibus, ita ut omnes fructus beneficij teneatur ad erogationem, vel in pauperes, vel in opus piū, vel possit recipere expensum, & si nihil supersit, ad nihil teneatur: Si verò supersit, ad id tantum quod superfluum est, remaneat obligatus? & dico, quod viuēdo quis siue Episcopus, siue Rector beneficij ex bonis patrimonialibus, nullū sibi præiudiciū inferre videtur quin possit accipere ex fructibus beneficij, vel Episcopatus tantum, quod expedit ad propriam substantiationem ex bonis patrimonialibus, liceatq; sibi ex fructibus beneficij compēdere, quia hos fructus subrogat loco patrimonialium iam expensorū vice ecclesiasticorum, nec de his ecclesiasticis manet aliqua alia obligatio expediti in usus pios, in pauperes cum iam dicti fructus fortiti sint naturam patrimonialiū, nec presumitur, quod quis suo iuri

iuri præjudicare voluerit; Si tamen retento eo quod expensum est, & ultra necessariam substitutionem aliquid etiam remaneat ex ecclesiasticis bonis, ad superfluum tenetur, & hoc multum refert; nam ut dictum est, ex patrimonialibus non tenetur Clericus nisi eo casu, quo tenetur quisquis Christianus; ex ecclesiasticis vero strictius tenetur.

Sic cum facit eleemosynā ex bonis patrimonialibus iam satisfacit precepto, quod stringit ecclesiasticos, sed tamen potest sibi compensare de ecclesiasticis redditibus, ita ut non possit teneri postea ex dictis redditibus ecclesiasticis erogare aliquid amplius, si retento eo, quod erogatum est ex patrimonio non remanet aliquid aliud superfluum ultra substitutionem propriam, et si remaneat ad id tantum quod remanet deductis omnibus his, quae scilicet erogauit ex patrimonio in pauperes, & necessarijs ad viatum proprium tenetur, sed remanet adhuc obligatio faciendi eleemosynā ex patrimonialibus eo modo, quo ceteri tenentur indigenti extremè, vel grauitè.

Sed cum vixit ex patrimonio, habuitque expressum animum viuendi ex dictis bonis, & totum, quod percipit ex Ecclesiasticis erogare in pios usus, & in pauperes, vel cum fecit eleemosynā ex patrimonialibus habuit expressam voluntatem faciendi aliam ex ecclesiasticis, an postea teneatur ad quod superfluū est ex ecclesiasticis non computa-

ta eleemosynā, quam erogauit ex patrimonialibus.

Molina, & alij, vt vidimus videntur i 14 dicere, quod si cum hac intentione de patrimonialibus vixit Clericus non possit recipere ex ecclesiasticis, vel cum fecit eleemosynam ex patrimonialibus teneatur denuò ex ecclesiasticis, quia si id docent, quod negatiuē non habuerit animū non compensandi, à fortiori quādo positiuē talem animū expressū habuerit non recipiendi.

Sed *Lugo* videtur dicere contrarium i 15 etiam in hoc casu, vt patet legēti illum.

Sed vide, quod plū importat animus i 16 positius, quam negatiuus; qui enim negatiuē se habet, non ita enīxē suam voluntatem declarat, sicut qui posituē agit, & declarat suam voluntatem per animum expressum: quare cum quis viuit, vel facit eleemosynam ex proprio patrimonio nullam aliam voluntatem habens, nec ulterius discurrendo negatiuē se habet, non videtur sibi voluisse præjudicare; sed cum posituē se declarat dicendo, quod vult viuere ex patrimonio proprio, vel quod aliam eleemosynā ex bonis ecclesiasticis vult erogare videtur sibi præjudicasse, & cessisse iuri suo, & obligatur quoad Deum, vel omnes redditus expēdere, vel facere aliam eleemosynā; unusquisque enim proprio iuri renuntiare potest, & illa præsumptio, quod noluerit sibi præjudicare tunc cessat.

Post scripta vidi *Hurtadum lib. 2. re-sol.*

[117 sol. i.nu. 104. & 105. qui docet expressè, quòdetiam si beneficiatus habuerit animum non compensandi, sed donandi, poterit illumutare, & iterùm redire ad suam pristinam libertatem, & recipere de beneficio. Circa hāc quēstionem remitto me ad benevolum lectorē. Maior difficultas cōsistit in videndo, an Episcopi, & cæteri Beneficiati acquirant dominium, & sint verè Domini illorum reddituum ecclesiasticorum, qui supersunt ad congruam eorum substētationem, vel horum sint veri dispensatores? hoc dubium idem videtur cum illo scilicet quo iure teneantur Episcopi, & cæteri Beneficiati expendere in usus pios, & pauperes id, quod superest vltrā eorum substētationē iure nempè iustitiæ, vel tantū ex charitate, cuius resolutionem habebis benigne lector in sequenti capite.

Interim hic disputandum videtur [118 aliud dubium, num religiosus effectus Episcopus acquirat dominium suæ portionis? sicut ille, qui assumitur ad talem dignitatem ex statu sacerdotali? Evidem multi, & magnæ notæ Doctores affirmant præsertim Sot. de iust. lib. 7. q. 4. art. 3. ad ultimum, & lib. 10. q. 5. art. 7. Vasquez de redditibus Ecclesiasticis c. 3. dub. 7. n. 28. Diana p. 3. tract. 2. de dubijs regularibus resol. 50. & p. 5. tract. 8. resol. 31. qui multos alios citat: Contrariam verò sententiam docent Nauarrus de redd. Eccles. q. 1. monit. 8. & 9. Lessius de iustit. lib. 2. c. 4. n. 29. 41. & 92. Sæ-

chez in summ. to. 2. lib. 6. cap. 6. n. 8.
Barbosa de iure Ecclesiast. lib. 1. c. 8.
n. 136. Bardus lib. 3. q. 10. sect. 16.
& alij.

Sed quēstionem hanc videtur dirimere S. Thomas, à cuius doctrina nemo procul esse debet; hic enim S. Ecclesiæ Doctor in 2. 2. q. 185. art. 8. in corp. ita ait. Respondeo dicendum quod sicut supradictum est status religionis ad perfectionem pertinet quasi quedam via imperfectionem tendendi; statur autem Episcopalis ad perfectionem pertinet tamquam quoddam perfectionis magisterium. Vnde status religionis comparatur ad statum episcopalem, sicut discipula ad magisterium, & dispositio ad perfectionem; Dispositio autem non tollitur perfectione adueniente, nisi forte quantum ad id, in quo perfectioni repugnat. Quantum autem ad id, quod perfectioni non gruit magis confirmatur; sicut discipulo cum ad magisterium peruenit non congruit quod sit auditor congruit tamen sibi quod legat, & meditetur etiam magis quam antea: Sic ergo dicendum est, quod si quæ sunt in regularibus obseruantij, quæ non impediant pontificale officium, sed magis valeant ad perfectionis custodiā, sicut est continencia, paupertas, & alia huismodi ad hæc remanet religiosus etiam factus Epicopus obligatus, & per consequens ad portandum habitum suæ religionis, qui est huic obligationis signum; Si quæ verò sint in obseruantij regularibus, quæ officio pontificali repugnant, sicut est solitudo, silentium, & aliqua ab-

sti-

stinentiæ, vel vigiliæ graues, ex quibus impotens corpore redderetur ad exequendum Pontificale Officium ad huissmodi obseruanda non tenetur; in alijs tamèn potest dispensatione ut secundum quod requiri necessitas persona vel officij, & conditio hominum, cum quibus viuit per modum quo etiòm prelati religionum in talibus secum dispensant, hæc S. Thomas. Vidisti ò bone lector, quod hic vniuersalis Ecclesiæ Doctor Sanctus docet, quod religiosis euectis ad pontificalem dignitatem non censetur dispensatū ad ea, quæ non repugnant Officio Pontificali, & expressè dicit, quòd non censetur dispensatū ad paupertatē, quia hæc benè potest stare cum officio, & dignitate episcopali; nam tantum sibi debet accipere Episcopus ex redditibus episcopalibus quantum sufficit ad congruam substantiationem absque eo quod acquirat de his dominium; Ethoc est secundum regulas antiquorum Can. quibus inspectis, Episcopi tantum insument, quātum eis necessarium erat, & carentia dominij horū reddituum non solum nō repugnat statui episcopali, immò est secundū statum episcopalē, qui est status perfectionis; perfectio autem è magis censetur quò plūs caret quis dominio rerū secundum statum, & regulas euangelicas.

Neque facit si quis dicat, quod, vt su-
121 pra diximus, portio, quæ debetur Episcopo pro congrua debetur iure iustitiæ: & sic facit suam, & in plenum transit dominium; nam re-

spondeo verum esse quòd Episco-
po debetur talis portio iure iustitiæ
cum hac differentia; nam secularis,
qui non fecit paupertatis votum
in religione assequitur dominium
huissmodi portionis; religiosus au-
tem non sic, quia habere dominij
repugnat statui religioso, sed tan-
tum habere debet pro decenti sub-
stantiatione sua, & familiæ, vt me-
liùs loquar, alimenta pro sua, & fa-
miliæ substantiatione, & est merè
usuarius, non usufructuarius.

Nec valet dicere, cum religioso Epi-
122 scopo factō dispensatur in voto
paupertatis, quia non potest stare
paupertas cum statu episcopali,
quia respondetur, quòd cum reli-
giose quando hic ad episcopatum
euehitur dispensatur cum pauper-
tatis voto in quantum est necessa-
rium ad usum pro sui, familiæque
substantiatione, vt scilicet possit
percipere ex redditibus episcopalib-
us totum id, quod est necessarium
ad congruam substantiationem se-
cundū statum episcopalem; ab-
sque tamen dominij acquisitione,
sed dumtaxat, vt dictum est quoad
usum, nō autem in substantiali vo-
to paupertatis, vt bene dixit S. Tho-
mas loco cit. & fuit etiam opinio
Canonistarum, præsertim Franchi
in c. 1. de conf. in 6. n. 75.

Preterea negamus omnino paupertati-
123 tem esse incompossibilem cum
statu Episcopali; Immò hanc esse
conformem tali statui; Episcopi
namque sunt ministri Christi Do-
mini, vt dixit Paulus Apostolus: Sie
nos existimet homo, ut ministros Chri-
sti

*sticæ. Christus autem summus primus Pastor, & Pontifex, qualis fuerit in terra omnes sciunt; in summa necessitate natus est; Apostoli, qui omnes fuerunt Episcopi: in simili necessitate fuerunt: dicebat enim D. Petrus argentum, & aurum non est mihi &c. Apostolorum successores sunt Episcopi: ergo, & Christum, & Apostolos imitari debet, ac eorum patrimonium debet esse paupertas, sicut fuit Christi, & Apostolorum: Dicebat etiam D. Paulus: *Habentes viatum, & tegumentum, his contenti sumus.* Canones etiam prisci concedunt, Episcopos solum sumere necessaria ad viatum ex redditibus ecclesiasticis: ergo paupertas est secundum verum statum episcopalem, in qua cum religioso, qui paupertatis emisit votum solemnē, non censetur dispensatum, nisi in quantum est necessarium ad viatum, & dignitatem tuendam; nam, ut bene considerauit S. Thomas per assumptionem ad Pontificale Officium augetur status perfectionis, secundum quam paupertas facit hominem perfectum.*

Cōfirmantur hactenus scripta ex Cap. 24 none unico 8. q. 1. vbiclarè statuitur, quod Monachus factus, quicquid anteā acquisiuit cedere debeat monasterio, cuius erat alumnus; acquisita verò post assumptionē ad episcopatum cedere debeant propriæ Ecclesiae Cathedrali: Ita enim dicit *Textus*, statum est, & rationabilitè secundum Sanos Patres à synodo confirmatum, quod monachus, quem canonica electio à iugo

regulae monastice professionis absolvit, & sacra ordinatio de monacho Episcopum facit velut legitimus heres paternam sibi hereditatem, postea iure vendicanū prestatam habeat, sed quicquid acquisierit, vel habere visus fuerat monasterio relinquat, & Abbatis sui, qui fuerat secundum regulam S. Benedicti arbitrio; postquam enim Episcopus ordinatur, ad Altare, ad quod sanctificatur, & titulatur secundum Sacros Canones, quod acquirere poterat, restituat.

Hanc sententiam ultrà DD. citatos, tenent glosa in Can. quia tua duodecima q. 1. verbo seorsum; & in cap. quorundam verbo mendicantium de electione in 6. Ioan: Andre in cap. 1. nu. 6. de testa. vbi etiam Abbas in fine nu. 5. vbi ita dicit, vult dicere, quod iste Episcopus, & Religiosus, ideo quidquid acquisiuit cedit episcopatu, & licet hoc non placeat Hostiensi, ditenti, quod ex quo habet administrationem, potest libere de his bonis disponere; Ioannes Andre. tamen tenet cum Glosa, & melius, quia quidquid religiosus promotus ad prælaturam, acquirit, acquiritur prælatura, ut est textus in cap. unico 18. q. 1. & in cap. cum olim de priuileg. habet tamen administrationem illorum bonorum, ex quo prælatus est, debet tamen uti, ut non proprijs, sed ut rebus Ecclesiæ secundum eum, & bene, & nota hoc ultimū, Hæc Abbas, Ancaranus in cap. olim il 2. de priuileg. Molina de primogenitura cap. 10. n. 28. Noguerolus allegat. 26. à n. 156. cum seq. Tappia in authent. ingressi, verbo sua cap. 6. nu. 85. Antonius

Ca-

Capitius decis. 200. Rouitus decis.
10.nu.13. in fine sic decisum refert
in supremo Lusitanie Senatu, Gabr.
Penera decis. 75. per totam Doctissi-
mus D. Franciscus de Arauxo in se-
lectis, & decisionibus moralibus tract.
3. de statu ecclesiastico q. 29. dub. 3.
etiam probat, nec posse talem Epi-
scopum Regularem testari de
rebus patrimonialibus iure hære-
ditatis in episcopatu obtentis, si-
cuti benè possunt alij Episcopi sæ-
culares.

Hinc Sacri Canones, & DD. iubent
125 Religioso facto Episcopo mai-
orem moderationem habere debere
in suppellestili, & alijs; nam multa
permittuntur sacerdotali euecto ad
episcopatum, quæ negant Docto-
res Episcopo ex regulari statu assu-
pto: Hinc etiam obseruamus in
praxi, quod cum quis Episcopus re-
gularis obtinere cupit à S. Sede
Apostolica indultū testandi, oportet
ut exprimat se eu&cum ad epi-
scopalem dignitatem ex statu re-
gulari, alias facultas, seu indultum
testandi non prodesset, ut communi-
niter docent, & obseruant practici,
presentim Corrad. in praxi dispens.
lib. 19. c. 4. in princip. ad quid enim
hæc expressio est necessaria, nisi, ut
indè aperte intelligamus religio-
sos factos Episcopos dumtaxat vsu
habere reddituum ecclesiasticorum,
ac in maiori paupertate viuere de-
bere, ac in eis duplex esse obstacu-
lum, quo impediuntur ad testan-
dū, nèpè episcopatus, & votū pau-
pertatis, quod anteā in religionē
emiserunt, ut recte obseruauit San-

chez loco citato n. 11.
Inde sequitur, necessariò quod Episco-
126 pus Regularis parcus viuat: &
quod supereft non potest ad libi-
tum dare, prout facere potest Epi-
scopus ex sacerdotali statu assumptus
vt supra diximus, quia Episcopus
regularis alimenta dumtaxat cape-
re debet, & est merè vsuarius tam
in vita, quam in morte, non autem
vsufructuarius, qui potest dispone-
re de vsufructu; obstat enim ei vo-
tum paupertatis, cuius substantia
non tollitur per talem assumptio-
nem, sed tantum dispensatur quo-
ad vsum; in quantum scilicet est
necessarium insumere ex fructibus
episcopatus pro decenti sua, & fa-
miliae substantiatione, & non alio-
rū: Quidquid vero ei supereft ero-
gare debet in pios vsus, pauperum-
que alimentum. Hanc sententiam
expressè tenet P. Hurtadus loco cit.
d.lib. 1. resol. 1. sub resol. 2. nu. 225.
quamuis ei obijciatur Rotæ decisio-
apud Farinacium tom. 2. post decisi-
nem 241.

Post hec scripta vidi Sanch. loc. cit. n. 14.
qui cōtrarium tenet in hoc dubio,
ita scribens, *Similiter est uerissimum,*
quod ipse net Nauarrus tradit eo-
dem libro de redditibus in 1. editione
q. 1. à nu. 82. usque ad 84. & in 2.
quest. I. monit. 33. num. 2. 3. & 4.
nempè posse aquæ beneficiarium, aut
Episcopos Regulares in quāuis ope-
ra, & qualitercumque expendere,
quod parcus, quam iuste (viuen-
do) sumptibus pepercerit, & quod
minus sumpercerit de redditibus sui
beneficij, quam in suam competen-
tem

tem substantiationem poteras licet sumere : quia idem possunt Episcopi, & beneficiary secularis, neque huius ratio, est dominium in bona ecclesiastica: nam eo negato affirmandum hoc esse, sed quia iuste presumi potest Ecclesiam id concessisse, cum reuera in usus proprios expendendum esset ; Et ea concessio iusta est, ut Prælati parciant, ac spe ducti viuant, &c.

Cum verò Episcopi ex statu regulari assumpti prodigè aliquid de redditibus Ecclesiæ expenderint, ad restitutionem illos teneri, ac etiam accipientes ab ipsis Leonardus Lessius de iust. & iure lib. 2. cap. 4. dub. 5. sub n. 29. vers. ex his sequitur, qui assignat rationem, quia omnium istorum bonorum non est Dominus, sed solùm administrator, & dispensor, habens tantummodo ius ad expendendum illa bona, iuxta prescriptum Canonum, & ita etiā tenet Sanchez dicto cap. 6. sub num. 13. & ni fallor Nugarolus loco cit. habemus etiam decisionem Sacri Consilij Neapolitani, quam affert Thorus in compendio decis. p. 2. vers. bonaempta fol. 49. nam cum Episcopus Lyparensis, qui ex regulari statu ad dictam dignitatem assumptus fuit, & postea episcopatum prefatum renunciauit, reseruata sibi pensione ducatorum biscentum, ex qua annua pensione, emerat quamdam domum, quam postea suo consanguineo donauit, per eumdem Sacrum Consilium fuit decissum, donationem inualidam, & nullam fuisse, & domū restitutam

Episcopo successori; Et ita quoque Genuensis in practicabilibus Eccles. q. 264.

Episcopus verò regularis, sicuti Episcopus scopus secularis potest disponere de redditibus sui episcopatus in vita; nec ad hoc requiritur dominium, quia siue sit Dominus, siue non, conceditur eidem suæ Ecclesia, reddituum administratio ad moderatam substantiationem, & superflua erogare ad pios usus, latè Sanchez loc. cit. n. 14. qui alios citat. Hæc, quæ scribo dura prima facie vi dentur, sed certè saniora, & ve- riora sunt, ac secundū regulas Sanctorum Patrum, Sacrorumq; Canonum, & iuxta doctrinam Angelici Doctoris, cuius Authoritas probabiliorem facit sententiam, doctrinā, enim sanam sequi debemus, nec coaceruare magistros prurientes auribus, & à veritate auditū, auertere iuxta præceptū Apost. Pauli, agitur enim de toto asse, nempè de vita æterna; nescio enim si Tribunal supremum Diuinæ Maistatis has nostras opiniones, quæ deviant à sua voluntate admissurū sit, sed ovinam seruarentur in praxi; Observavi quādoq; Episcopos à regulari statu assumptos cum maiori luxu, & pompa viuere, quā viuunt illi, qui ex seculari statu ad hanc dignitatem promouentur, velle mendicare plura, sed non est licitum.

In exemplar, atque speculum omnibus è statu Regulari ad Cathedrā assumptis, ac etiam ex nobiliproficia oriundis constituendum duxi Illustrissimum, ac Reuerendissimum Domi-

Dominū Paulum Caraffa meritis-
simū Episcopū Auersanum. Hic
ex nobilissima familia à Principi-
bus Roccellæ ortus in præclara
Theatinorum Congregatione edu-
catus; qua modestia, moderatione,
ac pietate viuat, omnibus innotescit.

CAPVT TERTIVM

*Episcopi, cæterique Beneficiati quo-
modo, quoque iure teneantur ad re-
ctam distributionem reddituum
ecclesiasticorum, & elargiendi in
pauperes, piosque usus quod supe-
rest ex illis ultra eorum substantia-
tionem.*

S V M M A R I V M .

*Episcopi, & omnes Beneficiati peccant
mortaliter, si quod supereft non eroget
in pauperes, piosque usus nu. 1. &
59.60. & 61.*

*Vbi intrat obligatio ex iustitia, intrat
quoque restitutio n. 2.*

*Episcopi, & Beneficiati quod teneantur
iure iusticie ad erogandum in paupe-
res quod supereft eis ex Beneficijs,
que tenent, & quibus rationibus n. 3.
4.5.6.7.8.9.10.11.*

*Refertur opinio Dominici Sotii cum eius
rationibus n. 12.13.14.15.16.17.
18.*

*Quid sentiat Azorius in hac questione
refertur. n. 19.20.21.22.23.24.25
26.27.28. & 29.*

*Parelus Layman cuius opinionis fuerit
in hac re nu. 30.31.32.33.34.35.
36.37.38.39.*

Refertur sententia Coninch. n. 40. & 41.

*Petrus Lorca minuit satis hanc obliga-
tionem n. 42. remissiuè.*

*Recentiores Doctores existimant Episco-
pos, & Beneficiatos non teneri iure
iusticie ad erogandum superfluos red-
ditus ecclesiasticos n. 43.44.45.46.
47.48.49.50.51.52.53.54.55.
56.57.58.59.60.61.62.63.64.
65.66.*

*Refertur sententia Bardi cum suis argu-
mentis, responsionibus, & locis Patrū
n. 67.*

Item Vasquez, & Redoani n. 68.

*Nauarri dicentes teneri Episcopos, &
Beneficiatos iure iusticie opinionem
tutam putat Author n. 69.*

*Azorio non conuenit cum Nauarro;
sed potius cum Soto n. 70. & 71.*

*Azorius perperam increpauit Sotum n.
72.*

*Opinio Layman probabilis, sed patitur
difficultatem n. 73. & 74.*

*Illa opinio sequenda, que validioribus
fulcit rationibus, quamvis sit mo-
derniorum n. 75.*

*Abbas Panormitanus magnæ existima-
tionis, tamèn in multis ab eo recessum
n. 76.*

*In Ecclesia adest potestas condendi leges
obligantes in conscientia n. 77.*

*Ex obligatione simplicis precepti ecclesia-
stici non necessariò sequitur obligatio
ex iustitia n. 78.*

*Ecclesiastici arctius tenetur ad eleemo-
synam precepto ecclesiastico n. 79.*

*Obligatio ex iustitia oritur ex violatio-
ne, & lectione iuris alteri quesiti nu.
80.*

*Redditus Ecclesie tributi sunt abundā-
tores, ut superflui pauperibus eroge-
tur n. 81.*

Fideles non dederunt bona Ecclesijs ea conditione, ut iure iustitiae teneatur superflua erogare pauperibus n. 82.
Ecclesia habet potestatem applicandi bona sibi donata Ministris eidem servientibus numero. 83.

Ecclesia potuit taxare portionem ministris n. 84.

Multa cathedrales, et beneficia sunt erecta ex bonis acquisitis post illam diuisiōnem bonorum ecclesiasticorum ex nouis bonis n. 85.

Thomas Hurtadus attētē legendus, quia vel sibi contradicit, vel assentit Doctoribus ultimae sententie n. 86. 87. et 88.

Probabilissima est illa sententia, quæ docet Episcopos, beneficiatosque esse veros Dominos omnium fructuum, et iure tantum charitatis teneri ad erogandum superflua n. 89.

Adducitur Authoritas S. Thomæ pro hac sententia, cuius verba adamussim trutinantur n. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99.

Probatur etiam hec sententia aliunde n. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107.

Si redditus Episcopales sunt tenues Episcopi non tenetur ad erogationem aliquam n. 108.

Episcopus, et beneficiatus preferuntur pauperibus pro congrua sibi debita n. 109.

Cum Episcopus, vel beneficiatus non facit fructus suos tenetur erogare in pios usus n. 110.

Ecclesia cum possider feuda ex redditibus feudi quomodo teneatur ad elemosynam n. 111.

Refertur opinio Cardinalis Caietani in

hac sententia n. 112.

Papa est Rex in suo statu, et quomodo poterit disponere de redditibus statu ecclesiastici n. 113.

Redditus, qui percipiuntur ex feudo sive alterius qualitatis, ac qui percipiuntur ex beneficijs n. 114.

Redditus, quos percipit Papa ex Data-ria non sunt merè ecclesiastici secun-dum Hurtadum n. 115.

De congrua Pape scripsit Navarrus n. 116.

Clerici in Regno non patiuntur spoliū n. 117.

Quando in vita clerici sunt processati de illicita negotiatione tunc intrat Camera Apostolica n. 118.

Episcopi non possunt testari n. 119.

Sedes Apostolica solet concedere indul-tum Episcopis testandi pro certa sū-ma n. 120.

Indultum prodest cum diem claudit ex-tremum in residentia, nisi derogatum Bulla Piij 4. n. 121. Item debet regi-strari n. 122.

Episcopi antequam accedat ad episcopa-rum solent facere inuentarium bono-rum n. 123.

Beneficiati an dicēdi sint usufructuarū vel usuarij n. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137.



Mnes DD. vnanimitè concedunt Episcopum ceterosque Beneficiatos peccare mortaliter, si quod superest non erogent in pios usus, siue in pauperes, ut aperte, S. Thomas 2.2.q.185.art.7. et in quo-libeto 6.art.12. Bardus lib.3.q.10. sect.

secf.4.Pater Candidus tom. I . disp.
18.art.6.dub.5.vers. dico decimo ,
doctissimus Didacus Couarruas in c.
cum in officijs sub n.4.vers. sed Cesar
Costa variar.lib. I . c.40. Barb.in l.
diuortio 2.p.nu.62.ff.sol.mat.&c
cō-
muniter omnes scribētes tum Ca-
nonistæ tum Theologi,& morales
ita vt ecclesiastici ita faciēdo puni-
ri possint,vt docuit insignis Cano-
nistæ Zabarella tam in c. finali in fin-
de pecul.cler. quam in clem.gratiæ in
fine de rescriptis. Difficultas reduci-
tur, an ex iure iustitiæ ad hoc teneā-
tur. Quoniā séper quod intrat obli-
gatio ex iustitia, necessariò sequitur,
vt intret obligatio ad restituēdū, ut
benè contrà Vasquez de redditibus
c. I . §.3.dub.1.n.24.docet Cardina-
lis de Lugo disp.44.sect. I .

Quod iure iustitiæ teneantur ad dictā
2 elargitionem Episcopus, & cæteri
Beneficiati videtur docere S. Thom-
as in d. 2.2.q.165. art.7. in corp.
dum ait, quod si Episcopus accipit
aliquid, quod spectat ad usus paupe-
rum, vel Diuinum cultum, vel mini-
strorum facit contra fidem sibi credi-
tam, ut in primo ad Corinthios c. 4.
hic iam queritur int̄ dispensatores,
ut fidelis quis inueniatur, ut tenetur
ad restitutionem. Hanc sententiam
tenent quamplurimi Theologi, né-
p̄e Alexander de Ales, Riccardus,
Gabriel, Maior, & alij, & omnes
quasi prisci Canonistæ, in c. finali de
peculio clericorum, & in c. presenti de
officio ord. in 6. & in cap. cum in offi-
cijs de test. & alibi, & hos citant, &
sequuntur Nauarrus de redditibus
ecclesiasticis tract. 2. monit. 7. Ange-

bus in verbo Clericus 3. nu. I . & 4.
Rosella in verbo restitutio 14.nu. 6.
& 7. Armilla in verbo Beneficij nu.
41.

Hanc eandem sententiam expreſſe te-
net Cardinalis Caieranus in commē-
tarijs ad S.Thomam 2.2.q.185.art.
7.vers.ad primam, vbi docet, quod
autredditus sunt tenues ita quod nō
ſufficiunt pro congrua, que debetur
Episcopo; aut ſunt mediocres ita quod
ſufficiunt, & parūm abundant; aut
verò ſunt pingues, & abundantes
notabilitè ſupra id, quod eft neceſſa-
rium ad ſubſtentionem Epifcopi; Si
primo, & ſecundo modo ſe habeant
cum conſter, quod principaliter ordi-
natur ad Epifcopi ſubſtentionem
idem videtur de redditibus iſtis iu-
dicium quod de præbendis Clericorū,
quia quod parum ſuperabundat, pro
nihilo à iure computatur: Ideò iura
de diſtributione ſcilicet pauperum, &
fabricæ non videtur habere locum
in iſtis, ac propterea non obligantur
tales Epifcopi ad huimodi diſtribu-
tionem; Si autem redditus pingues, &
abundanceſ, ita ut in ſapienſis animū
cadere non poſſit quod ſint Epifcopo
aſſignati pro eius ſubſtentione, tunc
tenetur Epifcopus duas quartas ad
minus diſtribuere iuxta dictos Ca-
no-nes in pauperes, & Eccleſię fabricā,
ſeu ſuppelleſtīlē, & ratio eft, quia
quod clerici habent ſeorsim ſuam por-
tionem non eft ſubtracta à iure pau-
peribus portio illis debita ex iure, nec
eſt ſubtracta portio fabricæ ex iure
debita, ſed bona epifcopalia remanent
affectatalis iuris diſpoſitione antiqua,
& sancta; ita ut quemadmodū quan-
do

do erant communia ecclesiastica bona
bis quatuor scilicet Episcopo, clero
pauperibus, & fabricæ commissa erat
Episcopo cum vinculo, & debito talis
distributionis ita excluso uno membro
scilicet Clero à tali communitate, qui
iam habent proprias præbendas loco
sua portionis remanent bona Episco-
pi communia reliquis tribus, ita quod
pauperibus remanet debita quarta
portio, quæ prius eis debebatur, &
Ecclesiæ fabricæ similiter sua quarta
portio. Hæc Caietanus, qui addit nō
esse abrogatos Canones per contrariā
consuetudinem, & per scientiā sum-
mi Pontificis, quia multa tolerantur
per patientiam, quæ in iudicium de-
ducta arguerentur, & si iura positiva
sunt abrogata, non tamèn quod est iuris
communis, quo attento, Episcopi
patres pauperum sunt vocati. Hęc est
doctrina Caietani, qui videtur
apertè tenere quod ad id, quod su-
perest vlt̄rā propriam substenta-
tionem iure iustitiae tenentur Epi-
scopi, hanc etiam sententiā tenent
multi alij, præsertim, ni fallor. Mo-
linarom. I. disp. 144. §. quod verò ad
6 pauperū, sed Caietani dictum ener-
uare conatur Sotus lib. 10. de iustit.
q. 4. art. 3. vers. refat.

Hanc eadem opinionem tenuit *Glosa*
7 in c. fin. de peculio Clericorum in ver-
bo *Clericus in fine*, & in cap. quia nos
de *Testamentis* verbo *Testamenti*, &
tenent omnes illi Doctores, qui
negant Episcopum fieri dominum
redditum episcopalium, & forti-
tè eum defēdit *Martinus Navar-*
rus loco cit. rationes, & fundamenta
huius sententiæ sunt omnia, quæ

adduximus in capite præcedenti
pro illa opinione, quæ negat domi-
nium redditum ecclesiasticorum
in Episcopo, & cæteris beneficia-
tis; & omnia tendunt ad vnum in
substantia, nempe quia Episcopi,
& cæteri beneficiati sunt admini-
stratores redditum ecclesiastico-
rum, præsertim eorum, quæ super-
sunt ad congruam orum substenta-
tionem, & illos debent expende-
re in pios usus, & pauperum ali-
moniam, vt disponunt Sacri Ca-
nones supracitati: ergo si admini-
stratores tenentur ex iustitia illud,
quod superest ita erogare, & con-
sequenter si aliter agant, tenentur
ad restitutioñem, neque diuisio po-
tuit immutare, & tollere onus an-
nexum rei, & transferunt redditus
ecclesiastici in Episcopos, & cæte-
ros beneficiatos cum onere suo, &
licet isti dicantur Domini fructu
in aliquibus Sacris Canonibus; at-
10 tamèn hoc dominium intelligitur
quoad fidelēm administrationem,
non verò quoad liberam, & meram
dispositionem; nam bona fuerunt
data Ecclesijs pro huiusmodi ad-
ministratione, nempe in usus pios,
pauperum alimoniam, alimenta
clericorum; & pauperum patrimo-
nia vocantur, & videre est in c. tota
causa 12. p. & 2. questione, & alibi.
Thomas Hurtadus in resol. moral. lib.
11 ref. p. per plures paragraphos, &
 numeros probat hanc sententiam
Caietani, & hanc esse. Thomas do-
ctrinam constanter asserit, & num.
150. probat illam, ex eo quia pec-
cant Episcopi, & beneficiati, si su-
per-

perfuum non erogent in pios v̄sus; ergo si peccant tenentur restituere, quod latē fundat, & n. 177. dicit hanc opinionem tutiorem, & securiorem esse, quam ipse amplectitur, & licet contrariam probabiliorem etiam putet, & in praxi securam at tamē per eam dari occasionem rescindendę, & irritandę p̄actionis, quam lex Apostolica adstrinxit redditibus, & rebus ecclesiasticis, existimat, & in §. sequenti 13. ad contraria respondet, sed doctrina huius eximij Doctoris inferius est trituranda.

Dominicus Sotus inter primarios p̄-

12 claræ Predicotorum Religionis Alumnus de iustit lib. 10. q. 4. art. 3. vers. restat postquam Caietani sētentiam eneruare conatus fuit, in articulo quarto eiusdem quæstionis ponit tres distinctas conclusio-

nes in quarum prima afferit, ita

13 *Neque Episcopus, neque Sacerdos ullus illius portionis, que sibi contin-*

git ea lege iustitiae ad eleemosynas obligatur, ut si quas emiserit ad resti-

tutionem teneatur; nam per diuisionē

absolutum suæ portionis dominium adiudicatum est, nisi tamē in casu

14 *necessitatis: Secūdam cōclusionem ponit, mādato misericordiæ, quo uni-*

uersi ad eleemosynas coguntur Episcopi int̄ omnes fideles arctissimè

perstringuntur, Et hanc multis ratio-

15 *nibus, & argumentis probat. Tertiā ponit conclusionem: precep-*

tum eleemosynarum, quo Episcopi

perstringuntur non potest uniuersim

secundum quartam, & quintam ma-

giorem, vel minorem aliquam partem

existimari; sed secundum iudicium prudentium pensata tūm prouētuum quantitate, tūm etiam pauperum indigentia; ac temporum calamitate; Conclusionem hanc liquidam esse afferit cunctis; qui rationem p̄cepti misericordiæ fuerint perscrutati; cest enim ut de superfluo fiat id autē

16 respectu status tam possidentis, quam indigentis venit existimandum: Hec Sotus, qui exemplificat in Episcopis Italies, qui cū decimas non habeant vix habent unde viuant, & his nullum scrupulum esse iniiciendum docet, si eleemosynas non faciunt; & ad summum ad sextam, vel minorem partem in pauperes refundendam obligat. Hec Soti doctrina in tertia conclusione positam similis, ac ferè eadem Caietani videtur, nā

17 Sotus: dixit cum redditus sunt tenues nō teneri Episcopos ad eleemosynam. Hoc idē docuit doctissimus Caietanus. Soti tamē sententiam sequuntur quamplurimi; p̄fertim Petrus Hurtadus disp. 160. de charitate sect. 7.

Dominicus Bannes eiusdem religionis

18 in 2. 2. quest. 23. artic. 6. dub.

vit. vers. ex dictis ita scripsit: Ego sine nullum Episcopum Hispanie absoluerm, nisi saltem quartam partem in eleemosynas expenderet, & ego intelligo in communib⁹ necessitatibus, nam in grauioribus quales esse solent tempore famis, aut pestis, aut pluri morum ægretudinum amplius tenentur.

Iohannes Azorius inter primarios Socie-

19 tatis Iesu religiosos in part. 2. instit.

mor. il. lib. 7. cap. 8. vers. quod attinet

pri-

primo loco tractat quæstionem an beneficiatus acquirat dominium reddituum ecclesiasticorū, & postquam quatuor opinione de hac quæstione retulit dicit ipse, quod attinet ad hanc sententiam prima opinio Archidiaconi scilicet, & aliarum, cum iure, & Sanctorum Patrum Testimonij conuenire plurimum videtur, sed sic intelligitur, beneficiarios portionis ad honestam, & commodam substantiationem necessariò dominiū habere, sed eius, quod superest ex fructibus beneficij tantum usum, & administrationem obtinere; ita ut totum id reliquum, quod superest, iustitiae legge, & nō solum misericordiæ, & charitatis in communes pios usus impendere debeant, quod probat Azorius cum multis Sacris Canonibus, & rationibus, responditque ad cōtraria, quæ obiciuntur, & id procedere dicit etiam facta diuisione, & adducit sententiam Diui Bernardi, & Sacrorum Canonum. vide illum qui fusiūs. Deinde idē Author ponit quæstionem an beneficiatus id, quod superest ex fructibus beneficij teneatur in communes pauperum vtilitates ex lege iustitiæ erogare, ita ut teneatur ad restitutionē an verò lege charitatis, ita ut nihil teneatur restituere, & postquam Nauarridicentis lege iustitię, & cōsequenter ad restitutionem teneri, & Sotii id negantis sententias retulit, ipse sic ait *mīhi quidēm*, ut ingenue fateri, nec enim ex parte Nauarri, nec Sotii sententia placet; illius enim opinio rigidior, & severior est, videlicet quantum par est, huiusverā

21 liberior, & laxior: Contrà Nauarrū facit quod Archidiaconus, & plerique alij tenent Theologi, necnon Pontificij iuris interpetres, cum eo sentire videātur, scilicet Alensis, Riccardus, Henricus, Paludanus, Gerson, Gabriel, Antoninus, Maior, Hostiensis, Innocentius I, Andrea, Calderinus, Ancharanus, Abbas Dominicus, Felinus, Angelus Roselli, non tamen expressim docent Beneficiorum redditus ad quos suis transire cum eo onere, ut quæ supersunt in agentium communis usus impendere debeant, nec firmis argumentis Nauarrus concludit pios homines sua bona Ecclesijs dedisse hac cōventione, & lege, ut Clerici sibi ex eis necessaria caperent, & quæ supersunt pauperibus largirentur; Contra Sotum verò facit in pri-
22 mis, quia nullam ferè differentiam constituit in hac parte inter beneficiarios, quibus ex beneficiorum fructibus multa superant, & inter laicos, qui opibus abundant, nam utriusque iuxta Sotii sententiam sola charitatis lege debent quod superest indigentibus erogare; & licet Sotus dicat arctiori vinculo teneri Clericos, quam laicos; tamè non explicat in quo consistat illud arctius vinculum, nisi forte lege iustitię; Ipse Azorius suam ponit opinionem, & dicit, quod duo veriora videntur: Vnum contrà Nauarrum, Beneficiarios nō lege iustitię debere id, quod superest dare pauperibus, sed iure misericordiæ, & charitatis precepto. Item ex lege, quam ecclesiasticanones personis beneficiorum imposuerint, quo sit, ut ipsi beneficiarijs in cōmunes

munes egentium vtilitates erogāre; cæteri verò, ad quos huiusmodi bona transeūt hac lege, & præcepto sunt liberi, quamuis charitatis lege teneantur. Alterum contra Sotum sibi longè verius videri, ait, 24 beneficiarios, et si lege charitatis, nō iustitiae obligentur; debere eos tamèn quod abundat ex fructibus beneficiorum in pauperum, vel ecclesiasticorum communes, consuetas, & frequentes necessitates, quales vlo vnquam tempore defunt, impendere; itaùt beneficiarij à laici, si nullam pauperum extrema, vel quasi extrema, aut grauis indigentia occurrat, possint licet retinere, vel ad augendam rem suam domesticam, & familiarem, ut ad superiorem, & altiorem vitæ conditionem, & statum perueniant, ac proindè ad honorem, & dignitatē gradus ascendant, vel ad donandū quibus voluerint, vel ad commodiūs, & lautiūs viuendum, dūmodo eleemosynas dent, quibus ordinarijs, & communibus pauperum necessitatibus subueniant: At verò beneficiarius q̄ supereft ex fructib⁹. beneficiorū in cōmunes, & pauperum solitas necessitates debet impendere, tamen si grauis, vel extrema egentium necessitas vrgeat peccare lethaliter clericos contrà Canones, & non laicos.

Hæc est sententia doctissimi Azorij, 25 quam ipse ab obiectis tuetur, eisque respōdet, & primò ad Tridentinum *ses. 24. cap. 12. de reformat.* ubi statuitur, quod sit facienda professio ab obtinentibus dignitates,

vel canonicatus; alias non faciunt fructus suos: ergò à contrario sensu quādo faciunt professionem, faciūt quoque fructus suos, & ad c. 1. *de Clericis non residentibus in 6. &c. 3. Trid. sess. 22. de reformat.* Respondeat, & dicit ipsum non definire beneficarios esse dominos portionis sibi debitæ, & ad viçtum, & ad vestitum necessariæ, nec negare eos fructuum omnium prædictam portionem, & aliquid præter eam cōtinētum esse Dominos, sed dicimus eos comparari aut vſufructuarijs, quibus licet sibi sumere, quod est ad vitam necessarium; Sic enim dicit Canones beneficiarios fructus facere suos; id ideò dicitur, quia vſuarijs cōparantur, vt tanquā suā capiant quod necessariū est vitæ, quæ supersunt verò dent quibus Ecclesiæ lege, & precepto debent. Respondet etiam ad *Glos. c. duo sunt 27 12. q. 1.* verbo proprietatem, quæ docet Clericos fieri dominos fructuū collectorum; nam dicit Azorius mentem *Glosæ* fuisse beneficiatos quod attinet ad fructus vitæ vſibus necessarios, etiam collectos vſufructuarijs comparari, quia ex his possunt donare quod volunt. Item respōdet ad id quod opponitur ex *S. Thoma 2. 2. q. 18. art. 7. in corp: ibi si distincta Cr.* Dicitemus Azorius, quod verba S. Thomæ quisque in suam sententiam habere conatur. *Nauarrus, & Maior* aiūt pro se facere; contra verò *Sotus, Sarmientus, & alij oppositam omnino sententiam interpetrantur: certè dubitari nō potest quin fue-*

K rīc

rit Sanctus Doctor obscurè loquutus, nec puto pro *Nauarro, Maiore,* & alijs facere ; nam apertis verbis facta beneficiorum diuisione dicit beneficiariū esse dominū portionis sibi ob laborem, operam, & ministerium debitæ , aut deputatæ , at Clericis portio iure naturali, & diuino non debetur nisi quæ est ad vitæ usus nec essaria , & de hac inquit S. Thomas potest statuere idē ac de patrimonio , ita ut quemadmodum immoderatè patrimoniū amans , & amore retinens peccat, nisi ex eo aliorum inopiam sublueret, videlicet extremè, vel grauitè indigentium: Sic etiam beneficatus si ex fructibus sibi ad vitam necessarijs, cupidè verò, & auarè retentis nō subueniat extrema, vel graui certa inopia, & necessitate prefisis grauitè delinquit, & hoc est, quod docere voluit S. Thomas, quod non negamus; nihilominus quæ ex fructibus beneficiorū susunt clerici tametsi eorum sit dominus, in communes tamen & frequentes indigétium usus lege, & precepto Ecclesiæ debet impendere; Si enim fructus excedit portionē clericis ad usus vitæ debitam, præcipit Ecclesia, eos clericos in pauperū usus impendere.

Demùm ad obiectum, quod fieri potest nempè quod facta diuisione fructus clericis redduntur tamquam laboris merces, & ministerij stipendum, & ideo eorum dominium penes clericos est; alioquin mercenarius non sibi stipendum lucraretur, nec nihil prodeisset fa-

cta diuisione; nam primò crāt cōmunia , deinde in singulos distributa, respondet beneficiatos esse dominos portionis ad suum victum , & usum destinatae, quo etiam modo cæteri operarij fiunt domini mercedis sibi ob laborem debitæ , sed reliquorum fructuum huiusmodi portionem superantium beneficiarij dominium quidem habent verum, sed illud habent Canonibus, & decretis ecclesiasticis obstrictū , & quodam modo impeditum, neq; ex hoc sequitur ergo tenentur restituere quidquid superest si in pauperum usum nō impendant, siquidem accipit ea cōditione, vt donet pauperibus; Iam respondet peccare quidem, sed ad restituendum non cogi, quia Ecclesia preceptum dedit beneficiato, vt quod superat insumat in pauperū usus; non tamen dedit mandatum, vt restituat si nō impēderit in pauperes. Hæc, & alia Azorius.

Paul. Layman doctus sanè vir eiusdē 30 Religionis doctissime Alumnus in opere moral.lib.4.tract.2.lib.4.c. 3. sub. n. 3. existimat ecclesiasticos omnium reddituum etiam superflorum dominium acquirere. Verum lege iustitiae obligatos superflua in pium aliquem usum erogare, & si in usus profanos expendat ad restitutionem teneri. Probat suā sententiam *Layman*, quod acquirant dominium superflui etiam . Patet quia si acquirūt dominium reddituum, qui ad ipsorum substantiationem requirūtur, sequitur etiā acquirere dominium superfluorū , quia

31 quia cum redditus omnes suorum
 beneficiorum promiscue percipiāt
 dici non potest, aliquorum verò
 non acquirere: Sin autem aliquam
 obligationem contrahunt, super-
 flua in pios usus erogandi persona-
 lis tantum est; quod verò iure iu-
 stitiae teneantur tum obligatione
 32 restitutionis probat primò quia id
 indicant Sacri Canones, nempè
 const. I 2. q. 1. &c. similiter c. quia
 iuxta c. reuertimini c. decime I 6. q. 1.
 33 c. quo d. autē 23. q. 7. Secundò qui a
 est communis sententia antiquorum
 Doctorum. Tertiò quia Doc-
 tores communiter fatentur, atque
 34 ex Sacris Canonibus, & Ecclesiæ
 traditione notissimum est, benefi-
 ciatos mortaliter peccare, si reddi-
 tus superfluos notabili quantitate
 in profanos usus v.g. ad ditandos
 consanguineos suos expendant.
 Talis autem obligatio ita genera-
 lis, & ordinari a proficiisci non po-
 test ex lege charitatis, ac misericor-
 dia: ergo oritur ex lege iustitiae
 propter annexum onus, quo Cle-
 rici redditus annuos percipiunt, &
 quæ ipsis superflua manent non
 nisi ad pias causas erogent. Quod
 autē talis obligatio non sit ex lege
 charitatis, sed iustitiae; Probatur,
 quia duo sunt capita, ex quibus o-
 bligatio dandæ eleemosynæ secū-
 dum legem charitatis proueniunt.
 Vnum est ex parte dantis, si habeat
 bona superflua; səpè verò accidit,
 vt laici plura superflua bona ha-
 beant, quam Clerici. Alterū ex par-
 te patiētis, si necessitas grauis eius
 sit. Ponamus, ait Layman; hanc

abesse, nullosque in locis, in qui-
 bus Beneficiati degūt graui inopia
 premi atque multos esse laicos di-
 tiores, qui communes pauperum
 miserias subleuare solent; nihilomi-
 nus Beneficiati tenebuntur, & qui-
 dem sub culpa mortali redditus
 suos superfluos in quemcumque
 usum pium erogare secundum re-
 ceptam DD. sententiam; ergo hæc
 eorum obligatio non ex sola cha-
 ritatis, sed iustitiae lege prouenit.
 Declarat suam doctrinam, & confir-
 mat hic doctissimus vir; ex eo
 quod Sacri Canones bona ecclesia-
 stica esse Dei, & patrimonium
 Christi, vota fidelium, pretia pec-
 catorum, ac à fidelibus Christianis
 Deo oblata in manibus Eccle-
 siæ, & Presbyterorum, vt per eos ad
 pium usum ad Dei honorē, & pro
 salute offerentium fidelium dispe-
 sentur, eoque ipso tacito pacto, &
 annexo onere ab Ecclesiæ Prelatis
 decimæ, oblationes, & dona ac-
 ceptantur, vt nō in usus profanos,
 sed pios ad Dei honorem conuer-
 tantur: Quare nec ipsemet Papa,
 37 nec ullus Episcoporum hæc legem
 transgredi, & bona, siue redditus
 Ecclesiæ in profanum usum con-
 uertere, aut alteri ita absumenti po-
 testatem dare potest; consequenter
 cum beneficiatis redditus abunda-
 tes, atque superflui assignantur id
 sit cum annexo onere, vt quod su-
 perest in pium usum conuertatur,
 & ideò Beneficiatis presertim Epi-
 scopis abundantiores redditus as-
 signati sunt partim vt ipsis magis
 prospectum esset quod pro tempo-

K 2 rum,

rum, & annorum varietate decen-
tem substantiationem haberent ,
partim quia ad Ecclesię honorem,
& commoditatem pertinere vide-
batur, vt eleemosynæ in pauperes,
& alia pia opera ex bonis super-
fluis per manus ipsorum Benefi-
ciatorum præstarentur. Quamobré
Episcopi ex antiqua traditione
Ecclesiæ patres pauperum dicebā-
tur. In eadem sentētia, S. Bern. fuit
ep. 2. ad Canonicos Luguden. quid-
quid prætèr necessarium viatum, &
39 vestitum de Altari retines tuum
non est. Rapina est, sacrilegium est.
Hec, & alia Layman.

Egidius de Coninch. de charitate disp.
40 17. dub. 11. nu. 139. Et Castropalaus disp. de charitate tract. 6. disp.
2. punt. 5. n. 7. docent peccare mor-
taliter Beneficiatum, si ex fructibus
excedentibus congruam substen-
tationem expendant notabilem
quantitatem in profanos vſus, sed
remittunt arbitrio prudentis viri
41 quænam sit hēc notabilis quanti-
tas respectu reddituum, qui super-
funt , & excedunt congruam sub-
stinationem; & talem esse dicunt
tertiam, vel quartam partem huius
excessus ; non tamen sufficeret ad
peccatum mortale quantitatem il-
lam , quæ alioquin sufficeret ad
committendum peccatum furti ,
42 Sed Petrus Lorca in 2. 2. disp. 40.
memb. 2. nu. 44. hanc obligationem
Episcoporum nimis restringit , &
ad nihilum quasi illam reducit , vt
benignus lector potest videre .

Recentiores verò Doctores docent
43 Episcopos; cæterosq; beneficiatos

fieri veros dominos omnium red-
dituum siue Episcopatuū, siue be-
neficiarum etiam illorum, qui sūt
vltrà eorum substantiationem pro-
priā, & hos teneri erogare in pios
vſus, pauperumq; alimoniam, sed si
non erogauerint nullam adesse re-
stitutionis obligationem, licet illos
peccare mortaliter constantè asse-
rant . Ità prætèr Sotum supra citatū
Molina de iust. disp. 143. Lessius de
iust. lib. 2. c. 4. dub. 6. num. 43. Regi-
naldus in praxi lib. 30. tit. 3. cap. 7.
à num. 77. cum sequentibus Filiu-
cius tract. 43. c. 4. n. 6. Courar. in cap.
cum in offic. de restam. Fagundez de
iustit. lib. 6. c. 10. sub vu. 15. & 35.
Barbosa de iure Ecclesiast. lib. 3. cap.
17. nu. 12. & 24. Fagnanus in c. si
quis sane de peculio clericorum Bar-
dus lib. 3. q. 10. sect. 5. atq; acerri-
mus huius sententiae defensor est
D. Franciscus Sarmiento de reddit.
p. 4. c. 16. qui hanc sententiam ex
multis probat, & Episcopos hodiè
44 non esse vſufructuarios, sed domi-
nos appellandos esse. Hanc etiam
sentētiā sustinet doctissimus Vaz-
quez de eleemosyna c. 4. & clariūs
de redditibus ecclesiast. c. 1. §. 2. dub.
1. n. 20. cum sequen.

Probant igitur hanc sententiam in
45 quantum ad acquisitionem domi-
nij etiā eius quod superest ex Can-
volumbus ex Can. indicatum 89. di-
stin. In primo ordinatur Episcopo-
ne constituat vicedominum pro
fructibus Ecclesiæ : In secundo red-
ditus Ecclesiastici vocantur patri-
moniū Episcopi . Item ex c. perue-
nit de fidei suffribus c. vnic. de cleri-
cis

cis non resident. in 6. A'cōtrario tamen sensu ex exerauag. suscep̄ti ne sede vacāte ex Conc. Trid. tām seff.
47 22.c.3. quām seff. 23.c.1. de refor-
 mat. quæ omnia iura supra attulimus, quamuis Episcopi teneantur de superfluo erogare in v̄sus pios, & pauperum almoniā, tamen non per hoc sequitur, quod eius non sīnt domini, sed tantū sequitur, quod teneantur. Ideo acquirūt dominium restrictum, & cū obligatione erogandi in pios v̄sus, si- cuti cum quis bona sua relinquit alteri cum obligatione dandi aliquid annis singulis, legatarius si- uē h̄eres relicitus acquirit dominium illorum bonorum, & reddituum, licet cū obligatione dandi, & secundūm istum sensum vocan- tur Episcopi Procuratores, & dis- pensatores, sed h̄ec obligatio non destruit veram dominij rationem, & si hoc esset neque sacerulares ac- quirerent dominium rerum suarū cum ipsi quoque teneantur de su- perfluo eleemosynas facere in ca- su v̄rgentia, licet non tām strictè sicut ecclesiastici.

Quod verò nulla adsit obligatio resti-
48 tuendi probant isti Doctores, prē-
 fertim *Lessius*, quia nemo cogendus est ad restituendum aliquid, ni- si constet alienum esse, vellege alii- quia iustitiæ alteri debitum, sed nulla lege, nullaque autoritatē
49 constat Beneficiatos vel non ha-
 bēre dominium fructuum suorum beneficiorum, vel aliquam partem horum lege iustitiæ alteri debere: ergo nō erit h̄ec obligatio restitu-

tionis. Paret maior, ait *Lessius*, quia nemo in dubio iure suo spoliādus est & in pari casu melior est cōditio pos- sidentis. Minor probatur, quia hoc ne- que potest conuinci ex modo donatio- nis fidelium, quo h̄ec bona ad Eccle- siam translata sunt, neque ex præcep-
51 to Ecclesiae, aut dispositione: non ex
 donationis modo, quia non constat fi- deles, qui h̄ec bona conculerunt sub hoc modo, & hac conditione donasse, ut Ecclesia lege iustitiæ teneretur ex ijs, quæ ministrorum honestæ substi- tutioni supersunt pauperes alere, vel alia pia opera promouere; quamuis enim fideles intenderint, ac deside- rauerint, ut hoc fieret; tamen credibi- le est, eos Ecclesie talem obligationem
52 non imposuisse cum quia non dubita-
 bant quin Episcopi, & Prelati, qui illam administrabant essent abundē facturi, quod eos passim tām sollicie- facere videbant, tām quia modestio- res, & in suos superiores reverentio- res erant, quam ut illis auderent hu- iusmodi obligationem imponere, pra- fertim cum h̄ec darent in redemptio- nem suarum animarū, vel ut seruorū Dei præces, & suffragia cōsequeren- tur vel ad cultus Divini amplia- nem. Quod ita confirmat *Lessius*,
53 quia bona ecclesiastica à fidelibus re-
 licta vel sūt decima, vel prædia, vel census, vel dominia pagorum, oppido- rum, Prouinciarum, atqui nullum ge- nus horum videtur relictum cū tali onere, nisi forte in particulari aliqua donatione id expressum sit; ergo gene- ratim non est putandum tale onus es- se impositum. Probat mindrem, quia- quoad ius decimarum attinet, fidetes ratio-

ratione illius non posuerunt Ecclesia
Nam obligationē erga pauperes de-
cimē enim debentur ratione iustitiae
quia populus eos, qui spiritualia ad-
ministrant pro dignitate substentare
debet, & hoc naturaliter etiam apud
Ethnicos constat, & ad hanc sub-
stentationem Ecclesia à principio de-
54 terminauit decimā partem fructū
exemplo legis veteris, ubi & si pau-
ciores essent leviter, & sacerdotes, alijs
que ministri, minor quoque eorum di-
gnitas, minor labor, minor sumptus
sacrorum, tamē decima pars fructū
preterprimitias, & oblationes à Deo
constituta, & præcepta fuit, neque
ipsis ulla obligatio iustitiae ad super-
flua in pauperes eroganda fuit impo-
sita. Itaque decimae (de quibus tamē
maxima est questio) pose illam de-
terminationem non dantur libera vo-
lūtate fidelium, sed soluūtur lege Iu-
sticie: Domini, & prædia proueniūt
ex fidelium donatione; non tamen do-
nationa censetur cum hoc onere; nā da-
55 ta sunt ad Ecclesiæ splendorem, &
authoritatē, prædia, & census ad ec-
clesiæ sticorū decorē, eorūq; conserua-
tionem ad argumentum Diuini cul-
tus, ad erectionem beneficiorum, id re-
dimenda peccati quare non ex modo
donationis hoc conuinci potest; neque
ex dispositione Ecclesiæ constare potest.
56 hōs teneri ad restitutionē malē expē-
sorum, primō, quia nunquā id in Ca-
nonibus expressum est clare; cum tamen
res sit maximi momenti utq; ad
omnes beneficiatos pertineat, & sumo-
perē ad publicā edificationē, & pau-
perū substentationē, seu subuentione
faciat; si enim ex rei natura, vel pre-

cepto Ecclesiæ ita obligaretur id cla-
re debuisse per summos Pōtifices, vel
57 Concilia Oecumenica, aut prouincia-
lia exprimi, nec tanta iniquitas tole-
rari, cum in rebus multò minoribus,
& per se clarioribus id fecerit, ne
quis p̄textu ignorantiae, se posset ex-
cusare v.g. eum teneri ad restitucio-
nem cum Diuino officio non interesset;
vel Canonicas horas non recitaret,
aut cum ultrā tres menses esset absēs
58 à sua residentia, & alia huiusmodi.
Secundō probatur, quia Ecclesia non
rescindit pacta, & donationes qui-
bus Beneficiati fructus redundantes
alienat, vel profanè, vel vanè expen-
derit quod deberent omnino facere, si
putaret pauperibus stricto iure debe-
ri, nec permettere tantam iniustitiam
à suis subditis admitti maximè cum
causa pauperum sit tam favorabi-
lis, & de illis curam specialē habere
debet. Hac Lessius.

Quod verò peccent mortaliter, si ex-
59 pendant illam portionem super-
fluam in profanos usus commu-
nem sententiam dicit Lessius, eam-
que probat ex Trid. sess. 25. c. 1. de
refor. vbi omnino interdictum, ne
Episcopi de fructibus, & redditib-
us Ecclesiæ consanguineos ditent;
illa enim verba omnino interdictum
important preceptum strictius, &
cum sumus in materia graui obli-
gat in conscientia sub reatu pec-
cati mortalis, vt patet in materia
de legibus; dicuntur enim fructus,
& redditus res Dei, quod scilicet
ad usū piū expēdi debent, potuitq;
Ecclesia in talibus bonis preceptū.
hoc ponere taliter, vt séper in Ec-
clesia

clesia seruatū est ab ipsius primordio, nec per hoc quod singulis portionis sue partis administrationem permisit, derogatū voluit, sed potius voluit ei per singulos pro cuiuscumque facultate satisfieri: quare sicuti Episcopi cum illa administrabant, tenebantur portionem ceteris, & necessarium pauperibus seponere ita beneficiarij, qui in illam administrationem ex parte successerunt, teneantur, & quae sibi supersunt, in usus pauperum, vel saltē in pias causas, quando graues necessitates nō occurunt ponere. Secūdo proposito batur, quia nisi ecclesiastici obligarentur in pios usus superflua impendere valde improvide faceret Ecclesia tantam affluentiam fructuum illis permittendo, vt daret ansam ad luxus, & ad libidines.

Tertio Clerici ratione gradus, quem obtinet in Ecclesia sunt veluti patres, & tutores pauperum; & orphanorum: ergo peculiari nexu charitatis, & misericordiae tenentur illis opem ferre, & eo magis, quia saepe eleemosyna est necessaria ad bonum spirituale in subditis conservandum, vt quando pudicitia Virginis ratione paupertatis pericitatur, aut aliqui ad furta, & latrocinia se conuerunt: ergo ecclesiastici, maxime Episcopi, & Parochi, qui ex officio bonum spirituale subditorum procurare debent, partē prouētu suorū, quae superest in opera pietatis impēdere tenetur.

Respondet ad argumenta contraria, Lefsius, & ad illud, quod dicitur in Sacris Canonibus, & in Patribus

bona Ecclesiæ esse patrimonium Christi, & pauperum, & Clericos esse dumtaxat dispensatores reddituum, & bonorum Ecclesiæ ut tota 12.q.1. & 2. legitur in lectione S. Vrbani Papæ, & martyris; Respondet esse patrimonium Christi, quia propter Christum, & Christi cultū donata sunt. Dicuntur bona pauperum, quia omnia superflua dicuntur esse pauperum ut potè pauperibus eroganda, qua ratione D. Hieronymus de sacerdotalibus dicit *aliena rapere conuincitur, qui ultrà necessaria retinere probatur c. hospitale 42. dist.* tum etiam quia Clerici peculiari ratione ex his bonis pauperes subuenire debent. Insuper has sententias referendas esse maximè ad illud tempus, quo omnes communiter vivebant: quarè etiam dicebantur bona pauperum, quia tunc verè erant pauperes.

Ad secundum argumentum, quod in 64 multis Sacris Canonibus statutum est de redditibus Ecclesiæ fieri debere quatuor portiones; vt in 12. q. 2. pauperibus autem nil hodie assignari ergo eorum portio ad mixta est cum portionibus Episcoporum, & Clericorum: ergo ex iustitia tenentur, illaque erit portio pauperum iudicanda, quae eorum statui non est necessaria; Respondebat Lefsius, & dicit ex istis Canonibus concordi Clericos teneri ex precepto Ecclesiæ ijs locis, vbi pauperibus sua quarta assignata non est quae sibi abundant erogare non quod ex iustitia haec pauperibus debeantur, sed quia Sacri Canones iubent,

vt

vt ipsis ex Ecclesiæ redditibus quarta portio detur, vt in can. mox est 12. q. 2. Vnde cum paup. in bonorum ecclesiasticorum diuisione, & Beneficiorum erectione nihil pauperibus videtur assignatū, dubitandum non est quin obligentur beneficiati singuli pro parte sua; diuisis enim bonis, diuisa est simul obligatio his bonis imposita ex ordinatione Ecclesiæ, quæ noluit per erectionem beneficiorum, & bonorum diuisionem hanc obligationem extingueret.

Tandem ad tertium argumentum, quod 66 Episcopis, & beneficiatis vetitum est testari de acquisitis ratione Ecclesiarum, respondet Lessius ex hoc tatum sequi usum dominij in certis actibus impediri, sicut in impedendo, quod consulto fecit Ecclesia, quia pars est, ut quod eis superest ad Ecclesiam redeat, & hac ratione reuocantur à studio cumulandi, & incitantur, ut in vita ad pios usus erogent; Sic & eadem ratione potuit Ecclesia statuere, ut que acquisita sunt ex bonis Ecclesiæ pertineant ad Ecclesiam, non ad Clericos, ne scilicet Clerici opibus comprehendendis instar secularium studerent; non tamen sequitur, non habere dominium fructuum: Hæc, & alia multa Lessius.

Eisdem ferè argumentis, & rationibus Bardus loco cit. probat hanc sententiam, qui in no. 85. ita scribit. Tertia deniq; sententia absolute docet, Episcopos, ceterosque beneficiarios insumentes in profanos usus totum illud, quod competentem ipsorum

substentationem excedit non peccare contra iustitiam, & per consequens neque alios consanguineos, neq; alios familiares, in quos forsitan peruenierit aliqua pars horum reddituum, teneri ad restitutionem. Ita sentiunt Doctores, quos capite præcedenti citauimus, qui concedunt personas ecclesiasticas habere verum dominium circa redditus proprij Beneficij; excipimus tamè Molinam, & aliquem alium, qui cum moderatione prædicta loquuntur, hanc etiam sententiam, ut probabiliore recipit Læfrancus opusc. 8. de eleemosy. cap. 3. n. 7. loquens de ecclesiasticis, qui non sunt commendatarij, sed in titulum habent beneficia. Dicendum igitur est primò, hanc ultimam sententiam esse longè probabilem; Primo quia ferè omnes aduersarij magna ex parte fudant suā opinionem in eo, quod Ecclesiastici non acquirunt dominium fructuum beneficiorum, quod principium supra sufficienter impugnauimus. Secundò quia nullum assignari potest caput, ex quo obligatio restituendi oriatur, quando beneficiarij fructus reddituum expendunt in usus profanos: ergo non tenentur ex iustitia illos insumere in usus pios. Patet consequentia, quia si ex iustitia tenerentur, obligatio ista ex aliquo capite resultare debet. Antecedens probatur, quia caput, ex quo talis oritur obligatio ab ipsis aduersarij esset assignandum: proinde dicunt beneficiarios teneri ex iustitia ad applicando fructus pios operibus ex quodam implicito contractu: censem enim ipsi aduersarij bona ista fuisse à fidelibus concessa cum hoc onere, & obli-

obligatione, ac proinde recipiant beneficia censentur tacitè obligati ad rectè distribuendum excessum fructuum modo explicato. Sed ratio ista non est firma, quia, ut benè aduertunt defensores huius nostræ sententiae, non constat bona ista Ecclesiasticis donata esse cù cali onere, immo, ut notant aliqui potius donata esse absolute constat, ut ait Castropalaus in ordine ad sustentādos ipsos ministros, & veluti in premium exercitiorum ecclesiasticorum, & ut sic liberi à sollecitudinibus accumulādi bona temporalia, expeditius Deo vacarent; & addo quod quamvis intentio fide lium fuerit, ut superfluum horum reddituum erogaretur in pauperes, & opera pia, & forte fuerit solum causa impulsiva, & non motiva: nihilominus talis intentio, dum non fuerit exterius manifestata, & in pactum deducta, non habet vim obligandi ex iustitia donatoris, ita ut teneantur ratione contractus: Fundamentum huius rei est, quia ad hoc, ut quis ex cōtractu, aut quasi contractu obligetur, requiritur inter contrahentes pactū velexplicitū vel implicitū; nam cōtractus, ut vult Ulpianus iuris consultus lege habet. ff. de verborum, & rerum significatione, cōmuniter receptus, est ulro citroque obligatio: at nequit resultare obligatio mutua nisi pactum intercedat, dixi, vel explicitum, vel implicitum, explicitum est, quando proprijs verbis proponitur, & ab alio acceptatur, ut euenit in cōtractibus emptionis, venditionis, locationis, & similibus, implicitum est quando quo exercet; vel aliquod officium, vel recipit ali-

quid, & illi officio, vel ex iure, vel ex natura rei, est annexa obligatio; & ita tutor e.c. dum recipit tutelam, eamque administrat, & maritus dum recipit dotē ab uxore, censentur ex pacto implicito obligati ad resarcendum damnum, quod ex eorum negligentia in bonis pupilli, vel dotalibus contingit; sed in casu nostro nullibi apparet pactum neque explicitum quod int̄r fideles donantes, & ecclesiasticos interueniat, ratione cuius pacti ipsi ecclesiastici obligētur ex iustitia ad ergadum superfluum pauperibus; neq; implicitum, neque ex iure, neque ex natura rei; non ex iure, quia post divisionem factam reddituum omnium ecclesiasticorum in quatuor illas portiones, & postquam erecta sunt beneficia, in quorum fructibus beneficiarij acquirunt dominium, Pontifices nullum onus ex iure Pontificio impoſuerunt ecclesiasticis, & si tale onus fuisset, sanè tot Summi Pontifices, qui Ecclesiam gubernarunt debuissent illud explicare, & fructus male insumpios repetere, quod tamen nunquam vidimus, aut legimus, & addo, quod licet demus inueniri iura aliqui canonica, que superius attulimus, precipientia, ut ecclesiastici deductis his quæ, sunt sibi secundum uniuscuiusq; gradum necessaria, reliquum dent pauperibus, vel insumāt in operi pia, non tamen statim sequitur, prædicta iura obligare ex iustitia; nām possent obligare ex charitate, & misericordia: rursus nonnulla iura possunt loqui de portionibus assignatis pauperibus, Ecclesie &c. commendatis Episcopo. Demūn hęc omnia iura

videtur, ut supra adnotauimus per dissuetudinem scitam, & toleratam à Summis Pontificibus abrogata quoad quotam, & solum remare obligationē ratione status ecclesiastici secundum ius naturale, quod non obligat ex iustitia ad erogādum superfluum pauperibus, sed ex misericordia. Igitur à primo ad ultimum, cum nullum sit assignabile caput certum, ex quo ecclesiasticiteneantur ad expendendum excessum supra congruam substantiationem in eleemosynas &c. sequitur eos non obligari ex iustitia, & per cōsequens expendant omnes fructus in profanos, immò in turpes usus non teneri ad restitutionem.

Argumenta contrà hanc nostram sententiam præter ea, quæ desumuntur ex carentia dominij, sunt nonnullæ patrum locationes, quarum alias supra retulimus, & eas sufficienter explicauimus; proindè non est cur iterū illas repetamus; solum videtur remanere, ut satisfaciamus cuiusdam recentioris argumentis.

Dices, preeceptum, quo beneficiarij astrin-guntur ncquit prouenire nisi ex virtute iustitiae obligantis illos ad erogādum, quod superfluit in pios usus: ergò absolute dicendum est, beneficiarios insumentes superflua in profanos usus, teneri ad restitutionem.

Respondeo negando antecedens; nam, ut diximus supra preceptum hoc erogādi que cōgruam substantiationem excedunt; suudari in lege nature, quæ dictat id, quod semel est Deo dicatum, non esse in profanos usus conuertendum, ut expressè habetur c. scimus q. 12. 1. Et de regul. iuris in 6.

regul. 5. 1. ubi hæc habentur: Semel Deo dicatum non est ad usus humanos ulterius transferendum; proindè consumptio bonorum ecclesiasticorū in profanos usus inuoluit turpitudinem quandam, ut rectè notat Cardinalis de Lugo tom. 1. de iustit. disp. 4. sec. 2. nu. 16. Et ideo quodam sacrilegium est.

Sed urgebis cum recentiore, cuius suprà meminimus lex naturæ vel supponit trāslatum dominium in beneficiarios, vel non supponit: Si hoc secundum dicatur, sequitur beneficiarios in usus profanos superflua insumentes, obligari ex iustitia ad restitutionem, quia alienum consumarūt: Si primum se queretur bona ista ecclesiastica nō esse amplius bona, seu res Dei, & Beneficiarius non se habere uti administratores, seu Procuratores talium bonorum, quia essent domini, sed potius se habere veluti pauperes catores, ceterique Ecclesiæ operarij, qui accipientes pecuniam ex bonis Ecclesiæ tamquam rem Dei, eam ramen in usus profanos expendentes, non peccant. Ratio horum est, quia ille, qui dominium babet de re aliqua, potest pro sui libito de eadem re perfectè disponere in quoscumque usus quocumque titulo, & à quacumque persona siue laica, siue ecclesiastica rem illam acceperit.

Respondoo à lege naturali in casu isto supponi translatum dominium in beneficiarios: Et ad instantiam in contrarium dico; etiam si beneficiarij acquirant horum fructuum dominium non sequitur illos nō possidere taquam res Dei modo illo speciali; sunt enim si-nota-

delium oblationes in diuinum cultū, uel ex ijsdem oblationibus empta, ut notauit Cardinalis de Lugo disp. 4. de iust. sec. 2. num. 16. & alij. Ad do tamē Beneficiarios facta diuisio ne bonorum respectu portionis ad ip- pos spectantis non se habere ut ad ministratores seu procuratores nisi so lum respectu portionis, quæ est Eccle siae, cuius curam gerunt, & nego illos se habere quoad omnes fructus bene- ficij, quemadmodum pauperes, canto- res &c. & hoc quia licet in ordine ad fructus uecessarios ad congruam ipsorum sustentationem se habeant sicuti pauperes, cantores, ceteriq; mi- nistri, qui dominium acquirunt de sti- pendio pro obsequijs soluto, de quo li- berè disponere queunt, & similiter ipsi beneficiarij de fructibus propriæ sub- stentationi uecessarijs disponere possunt in ordine ad quoscumq; usus; nihilominus in ordine ad fructus super- fluos alio modo se habent, quia tenen- tur hos erogare, vel in pauperes vel in alia pia apera, & hoc non solùm ra- tione status, verùm etiam ratione cō- ditionis horum bonorum, quæ Deo à fi- delibus dicata fuerunt, eidemque ve- luti consecrata, ideoque nequeunt cō- uerti nisi in pias causas.

Ad rationem vero, qua arguens suā pro- bat sententiam, respōdeo falso asseri dicendo eum, qui habet domi- nium de re aliqua, semper posse de re illa pro suo libito disponere in quoscum- que usus; nam, quamuis hoc verum sit de illo, qui perfectum, & plenum habet dominium; nihilominus lex, ita exigente bono communitatis, prohibe- re seu impedire, immò irritare aliquem

usum huius dominij potest, ut passim experimur, proinde rectè dominium definiri solet esse ius perfectè dispo- nendi de re, nisi lege prohibeatur. Ita Bartol. in l. si quis 6. §. differentia ff. de acquir. posses. Potest ergo lex impe- dire, ne tale dominium in aliquem actum particularem exeat, & tunc dominium deficit à sua plenitudine, & sic de facto lex impedit ne pupil- lus exerceat dominium bonorum; ne- quit enim alienare; cum tamē sit ve- rius Dominus ut asserit S. Paulus ad Gal. 4. Sic etiam irritat contractus alienationis initos à prodigo; & rur- sus disponit, ut maioratus, fideicom- missa, & similia nequeant alienari, quo non obstante, qui ea possidet est versus illorum dominus, ut aduertit Lessius lib. 2. de inst. c. 3. dub. 2. nu. 9. Non rectè igitur arguens ex domi- nio infert, posse à Domino pro libito disponi ad quoscumque usus rem, de qua est dominus, neque rectè deduci potest à contrario, uidelicet qui non potest uti re ad aliquem particularem usum, ut sunt beneficiarij, qui prohi- bentur insumere fructus superfluos in uanos usus non esse eorumdē fruc- tuum dominos.

Dices, Patres multa dicunt, ex quibus uidetur aperte colligi Beneficiarios nō habere dominij de fructibus super- fluis ipsorum congruam subuentatio- nem ecedentibus, & ex his ergo dedu- citur ex iustitia ipsos obligari ad ap- plicādos illos, uel pauperibus, uel pījs operibus, & contrarium faciētes obli- gari ad restitutionem, probat hoc ipse arguens nonnullos patres referendo, & presertim S. Hieronymū adduc-

DE RECTA DISTRIBUTIONE

tum à Gratiano, dist. 42. quem nos sec. 4. citamus de regul. Monach. c. de paupertate sic ille inquit (aliena rapere conuincitur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur) & relatus ab eodem Gratiano cap. quoniam 16. q. 1. ait (quid quid habent Clerici pauperum est,) S. Augustinus in cap. decimæ ibidem inquit (decima sunt tributæ animarum egentium, & res à domino pauperibus delegatae) Sanctus Prosper in cap. pastor. 1. q. 2. sic asserit (diuites, qui accipiunt aliquid à beneficiariis non sine grande peccato accipiunt) Sanctus Bernard. epist. 2. ad Fulconem Canonicum ita loquitur (quid quid præter necessarium uidetur, ac simplicem uenitum de altario retines tuum nō est rapina est, sacrilegium est) ex his, aut alijs similibus patrum dictis recentior iste colligit beneficiarios teneri ex iustitia erogare superfluum congrua eorum substantiationi pauperibus, aut illud alijs pijs operibus applicare, & id nō facientes obligari ad restitucionem, deducit Author iste hanc conclusionem ex verbis relatibus patrum; nam dicunt esse fureum, rapinam insumere superfluum in usus profanos, quia non est suum, sed pauperum &c.

Respondeo hoc esse præcipuum, immò unicum fundamentum, quo aduersarij nituntur ad ponendam obligationem iustitiae in beneficiariis, & ideo conabor exponere verba patrum, eorumq; metem explanare, & quamuis ad locutiones predictas possem aliquas particulares interpretationes tradere, nihilominus eas omicto, nam placet pro omnibus his autoritatibus uniu-

salem dare expositionem: respondeo igitur, & quod attinet ad S. Hieronymum, & S. Augustinum, etiam si cœcedimus aduersariis locutos fuisse in eo sensu, quem ipsi intendunt; nihil tamen illis fauent, quia scripserunt ante diuisionem bonorum; ut obseruat Barbosa de iure eccles. lib. 3. c. 17. nu. 25. Malderus in 2. 2. S. Thomæ tract. de subiecta dominij c. 4. dub. 8. ad 1. Silvius ibidem q. 187. à 7. Conink. de thorit. disp. 27. nu. 188. & etiam S. Prosperum scripsisse ante diuisionem testatur ibidem Sylvius; Ideò non debet esse mirum, si dicatur furtum; & rapinâ esse tollere id, quod est ex superfluo, nam ante diuisionem cum fuerint bona confusa, Episcopi, aliquæ beneficiary erant administratores, & dispenses bonorum, quæ erant communia cù clerico, & alijs. Et sic ex iustitia tenebatur ad rectam administrationem, & dispensationem, sed quia remanebat explicandus Bernardus, & alijs, qui fuerunt post diuisionem. Idcirco uniuersalem, & propriam pro omnibus, ac firmam do explicationem. Pro qua est valde notando quedam doctrina, quam tradit Sotus lib. 10. de iust. q. 4. à. 3. in solutione ad primū; ponit enim veluti duplē auaritiam, alteram, quæ est iustitiae cœtraria, & propriè loquendo appellatur furtum, seu rapina; alteram vero, quæ est liberalitati, & misericordie contraria, subdit etiam Sotus sanctis Patribus familiare fuisse auaritiam hanc misericordiae appositam, per quamdam hyperboleū appellare fureum, & rapinam, & hoc quia in necessitatibus omnia

omnia communia censentur quò ad usum, & etiam quia eorumdem patrum idioma fuit eorum id, quod superat existimare commune quò ad usum, & hoc non solum locum habuisse in ecclesiasticis, verum etiā in secularibus quamvis illi strictius obligarentur, proinde Sotus rectè concludit hoc genus rapinæ non trahere debitum restituēdi, & per hanc doctrinam exponit plura dicta patrum. Ferè eadem docet V asquez opus de reddit. cap. I. §. 3. dub. I. n. 3 2. & similiter Coninch. I. c. & Lorea in 2. 2. disp. 39. sect. 3. memb. 4. n. 49. dicens patres equiparare omissionē eleemosynæ furto propter similitudinem, non quia re vera furtum sit.

Ad uberiorem autem nostræ sententiae, & iraditę doctrine firmitatem placet nonnulla patrum dicta afferre, in quibus etiam ipsi aduersarij velint, non lunt, coguntur admictere locutione; illas, non esse secundum proprietatem, sed potius secundum quamdam accomodationem, ut indicaretur grauitas peccati, & debitum, quod habent Prælati ad eroganda superflua pauperibus, & pījs operibus. incipio ab antiquioribus. S. Basilius orat. 13. de eleemosina, & benignitate antemediū lit. F. habet hæc (esurientis est panis, quem tu detines, nudi est palliū, quod tu in uestiario conservas, calcens, qui apud te putriscit; eius, qui eo caret, indigentis est aurum, quod terra obruisti, Proinde tot hominibus iniuria infers, quot beneficio complecti potuisti) ex his Basilius verbis, quę dirigit in ea oratione ad diuites eleemosinam omittentes, duo colliguntur, primo vo-

cari pauperum bona illa, quę re vera non sunt pauperis, sed eiusdem diuisit, & hoc quia, ut Sotus annotauit apud Patres, quod est superfluum nūcupabatur pauperum, secundo, inquit, iniuriam inferri à diuite omnibus illis, quos beneficio eleemosina adiuare poterat, & tenebatur, & tamen vera, & propria iniuria non est, quia secundum communem Theologorum sententiam, præceptum eleemosine non est ex iustitia, sed ex charitate, & misericordia, ubi enim non est iniustitia propriè, dicta nequit esse propriè iniuria, ut de se patet: ergo dicere debemus S. Basilium hyperbolice locutum fuisse.

S. Chrisostomus hom. 11. in Epist. ad Rom. in morali expositione loquens pariter cum diuite splendide uiuente, & eleemosinam non erogante ait rapina, & auaritiae incumbere.

S. Ambrosius serm. 64. in Dom. 8. post Pentec. circa finem sic inquit (quis enim tam iniustus, tam auditus, tam auarus, quam qui multorum alimenti, suum non usum, sed abundantiam, & delicias facit? Nequè enim minus est criminis habenti tollere, quam cum possis, & abbundes indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu derinens, nudorum indumentum est, quod tu reclidis, miserorum redēprio, & absolutio est, pecunia, quam tu in terra defondis. Tot te ergo scias iniudicare bona, quot possis prestare, & nolis) vide Ambrosium quo pacto increpans diuitem auarum dicat esse pauperum, & demum non minus esse crimē tollere alienum, quam sit non subuenire indigentibus &c. quę omnia,

nia, ut paret per quamdam exagerationem dicta sunt. S. Austinus serm. 219. de temp. Agens de sacerdotalibus, qui superflua in pauperes minimè distribuent inter alia sic habet (quid enim Deus nobis plusquam opus est dederit non nobis specialiter dedit, sed per nos alijs ergandum transmisit, quod si non dederimus res alienas inuasimus) certum est superfluum non esse alienum, nisi per quamdam accomodationem.

Idem Augustinu in sal. 147. fol. mihi 707. col. 2. lit. B. in fine , sic habet (superflua diuitium necessario sunt pauperum . Res aliena possidentur , cum superflua possidentur) appellat superflua res alienas , cum tamen in rigore loquendo non fint talia, sed propria ipsius possidentis, loquitur tamen hoc modo ad indicandum debitum misericordiae , quod habent duives ad eroganda superflua pauperibus.

S. Leo Papa serm. S. de collectis, & elemosynis suadēs facultates terrenas habenti ad agenos adiuuandos , ut eroget inter alia sic inquit (non solū spirituales opes, & dona cœlestia Deo donante capiuntur , sed etiam terrena , & corporeæ facultates ex ipsius largitate proueniunt, ut merito rationem earum quesitus sit , que non magis possidenda, quam dispensanda cōmisit) vide quo pœsto bona propria, & temporalia, de quibus ibi loquitur, dicat esse à Deo donata, ut à possidente pauperibus dispensetur , & consequenter possident respectu talium bonorum vocari possit dispensator non propriæ, sed large, & per accommodacionem, & similitudinem.

S. Gregorius in pastor. par. 3. admonit. 22. super illa verba psal. 3. dispersit dedit pauperibus iustitie eius manet in seculum seculi . Sic inquit (cum enim largitatem impensam pauperibus præmisisset non hanc vocare misericordiam, sed iustitiam maluit, quia quod communi domino tribuitur iustū profecto est, ut qui accipiunt eo communiter utantur) His verbis declarat S. Gregorius nomine iustitiae vocari etiam id , quoa ex misericordia debetur; non quod recte vera sit iustitia proprie dicta.

Plura etiam possem adducere loca patrū, in quibus furtum, aut rapinam appellant denegare pauperibus elemosynā ex superfluis, & etiam ipsa superflua ab eisdem Patribus vocari bona pauperum, quae omnia ut dixi per quamdam accomodationem, & extensionē probata sunt: Igitur nequeunt aduersarij ex his, aut similibus verbis, & dictis Patrum deducere obligationem rigorosæ iustitiae in beneficiarij ad eroganda superflua pauperibus &c. sed solum obligationem arctissimam ex misericordia, & charitate, alias esset dicendum etiam sacerdotes ex iustitia teneri ad distribuenda superflua pauperibus, quia Patres eodem modo loquuntur de illis ut vidimus, et si aduersarij respondeant has locutiones a me adductas esse intelligendas per quamdam exagerationem, & non proprietatem, ita, & ego dicam hoc ipsum explicando verba , que ab ipsi sicut Aduersarij afferuntur ad probandam suam sententiam , & si ipsi velint Patres. ab ipsis allatos esse interpetrandos cum omni proprietate ,

it. 3

ita, & ego dicere possem de Patribus à me allatis, cum non sit maior ratio de his, quam de illis, quod tamen nō admicētunt, neque admictere possunt Aduersarij, cum certum sit, obligatiōnem, quam habent Sēculares ad erogandam eleemosynam ex superfluis esse ex misericordia.

Dices plura Concilia post quatrispartitā illam diuisionem celebrata, loquuntur eodem modo, nempe Beneficiarios esse administratores, dispensatores bonorum Ecclesie, ita habetur in Concilio Antiocheno in cap. Episcopus 12. q. 1. & cap. Episcopus 10.q.2. ex Concilio Martini Pape.

Respondeo in p̄dictis locis nil aliud haberi, nisi quod Episcopus potestatem habeat dispensandi res Ecclesie indigentibus, & quod hoc officiū exercere debeat cum reuerentia, & timore, & illud non committat domesticos, & cognatis, nē res Ecclesie ab his personis occulte ledantur; At nihil in p̄dictis locis de obligatione ex iustitia, restitutione &c. & addo ibi sermonem esse posse de rebus, & redditibus Ecclesie, cuius curam, & administrationē gerit Episcopus, non autem de portione illa, quae ad ipsum Episcopum spectat.

Dices obligatio adeò stricte, quam habet Episcopi, cæterique Beneficiarij ad erogandum in usus pios id, quod excedit ipsorum congruam substentationem nequit, saltēm adequate, & cū tanto rigore, quo loquuntur Patres, & Concilia, prouenire ex Deo, quod sint bona Deo dicata, patrimonium Christi, res Dei &c. ergo prouenit ex rigore iustitia, qua p̄dicti tenentur

ad expendendum superfluum in opera pia, patet consequentia, quia alter verò ex his capitibus id oriri poterit, & cum non oriatur à primo sequitur esse à secundo: Antecedens verò ostenditur, quia si oblatio Deo facta induceret in Beneficiarios tamē obligationem, & formalicer daret denominationem illam his bonis, nempe esse patrimonium Christi &c. sequeretur, quod etiam fructus necessarij ad congruam substentationem non possent in operibus profanis expendi, & pariter deberent appellari Patrimonium Christi, res Dei, &c. quia ex bonis Deo oblatis nascuntur: At hoc est falsum, quoniam, ut omnes fitentur, ex ijs, que requiruntur ad congruam substentationem, possunt Episcopi, & alij ad libitum, & sicuti de bonis laicis disponere.

Respondeo, negando antecedens, ad cuius probationem aio, omnia bona Ecclesiastica, tūm stabilia, tūm mobilia esse patrimonium Christi &c. ante applicationem, & incorporationem, & ideo ita etiā esse appellandos fructus necessarios ad substentationem Beneficiarij, secus autem posteā, & ideo hi fructus, dum ab ipso Beneficiario sibi incorporantur, amictu respectum illum speciatem, quem habebant ad Deum, & sunt laica, sicuti etiam fructus, qui in pauperes erogātur licet prius haberint illam habitudinem ad Deum, & quamdam veluti spiritualitatem, ratione cuius exigeabant operibus pijs applicari, nihilominus facta applicatione, sortiti sunt finem suum intentum à Fidelibus, qui bona illa donarunt, & etiam ab

ab Ecclesia, nempè ut in usum pium erogentur, & ideo quenadmodū bona pauperibus in eleemosynam erogata, incorporante ipsi pauperibus, & ad eorum libitum in usus profanos expendi possunt: ita etiam fructus, qui sunt necessarij ad substantiationē Beneficiarij; nam applicati, & incorporati iuxta intentionem donantiū, & Ecclesia spoliantur, respectu illo ad Deum, & fiunt bona laica, de quibus Beneficiarius potest disponere ad quoscumque usus. Ex his autem patet, quod quamvis colligatur obligatio, quam habent Beneficiarij in applicandis superfluis in opera pia, ex quo sunt ex bonis Deo dicatis, nihilominus ex hoc principio nequaquam re-
Etē infertur Beneficiarios non posse in usus profanos expendere fructus ad sui substantiationem necessarios, & ratio est, quia applicatio talium fructuum censetur pia, & iuxta intentionem fidelium donantium, & Ecclesiae, nam qui Altari deseruiunt cū Altari participat, vt inquit S. Paulus ad Corinth. c. 9. Quem admodum quando erogamus pecuniam Sacerdoti, ut prō nobis celebret sacrum dicimus. expendere illam in opus pium, facta autem applicatione, & incorporatione illius pecuniae, potest ab eodem Sacerdote in quodcumque opus illa insumi. Ita etiam fructus beneficij, qui sunt portio debita ipsi beneficiario incorporata, iam poterunt in usus profanos expendi, quia per applicationem illam dicta sortita est finem illius spiritualitatis; quem ante incorporationem retinebat, hæc Bardus.

Et quamvis Episcopus, siue quisquis Beneficiatus teneatur redditus superfluos ecclesiasticos in pios usus pauperum alimoniam clargiri; at-tamen per hoc non impeditur acquisitio veri dominij, nam, & seculares quoque ad eleemosynam quandoque tenentur, vt alibi scripsimus cū S. Thoma, & sicuti peccat ecclesiasticus redditus ecclesiasticus male expendendo ecclesiasticos redditus, ita etiam secularis abutēdo suis bonis; & tamen quis dixerit secularem non acquirere dominium suorum bonorum quod verò ecclesiasticus tenetur ad huiusmodi clargitionem nihil refert ad dominij acquisitionem, nam & dominium à nostris definitur, vt sit potestas disponendi de rebus proprijs, nisi à lege prohibetur; Ecce quod stat dominium cum legis restrictione, optimè *Filiuccius de spol. cler. c. 3. sub nu. c. vers. sed obicies, & c. 4. n. 7.* ideo hoc dominiū, quod acquirit Episcopus, vel Beneficiatus reddituum ecclesiasticorum, limitatum, & restrictum vocant quamplurimi Doctores, vt videre satis doctum *Petrum Barbosa in l. diuortio, 2. part. sub n. 53. vers. beneficiarius, ff. solut. matrim. Garsiam de expens. c. 22. n. 51. vers. in Episcopio*, vt scilicet ex illis Prelatis insumat necessaria, pro se, & suis ceteros verò ad formam Sacrorum Canonum distribuat, optimèque optimè, &c.

Tandem *Vasquez de redditibus c. 1. §. 2. dub. 1. postquam tres retulerit opiniones n. 27. ita scribit: Ideo op-*

opinio, que mihi verior videtur, est quam latè defendit, & prosequitur Sarm.4.par.de redditib.c.1. & seq. Sot. & Con. Sylu. Adrian. Cordu. que in usu iam receptissima est scilicet contra Zabarellam, & alios, quod Beneficiarij omnis pars iā modo sibi assignatae sunt veri domini, & contra Caiet. & Nauar. & alios, quod ex consequenti, non teneantur ad restitutionem male distributorum.

Sed quid dicemus de parte pauperibus assignata, que non comparet, reliquæ vero extant nunquid hanc possunt, aut potuerunt Episcopi sibi usurpare, quia saltem obligandi sunt, ut ipsi quibus maior pars modo contingit, aut etiā ipsi, & Clerus (nam fabricæ pars non est ita pinguis) pauperibus unā partem assignent. Huic argumento, aut difficultati, aliter responderet Sotus loco citato, aliter responderet Sarmienius 4.par. de redditibus c.2.nu.10. & forsan verique verum. Sotus asserit, quod ex parte pauperum probabiliter est presumendū, plura erecta esse beneficia, Hospitalia, & alia pia opera fuisse decimis ditata, que partem pauperum consumpsere. Et in nostris Regnis, tertia pars decimalium, Regibus, est assignata pro Ecclesiæ defensione, quod multis ab hinc annis factum fuit à Pontificibus.

Sed Sarm. aliter responderet, secundum ea, que nos diximus: inquit enim, quod sicut in decimis, aut lege, aut consuetudine, potest auferri quota, dummodo aliunde Ministri habeant assignatum stipendium, quia illa est de iure positivo tantum, sic etiam fieri potest consuetudine tolerata, quod quotæ pau-

peribus assignatae derogetur, & fiat Episcopi, ita ut solum maneat obligatio iuris naturalis, & diuini erga Pauperes.

Subdit tamē Sarm. aut supponit ad hāc suam solutionem, quod lex illa, quartam assignans Pauperibus modificata fuerit obligationem, quam iure diuino erga pauperes, & alia pia opera habebant Episcopi, & ita posse abrogari sola consuetudine, sicut, & quota decimarum; Mihi in hac re videatur, quod non fuerit illa lex modificatrix diuinæ legis, quia cum humana lex diuinam, aut naturalem modificatur, non mutat obligationem, nec nouam addit sed tantum taxat, aut tempus, aut quantitatem obligationis; Sed lege naturali, aut diuina non tenebantur Episcopi, aut alijs ex iustitia pauperes alere, ipse fatetur Sarm. extrā extremam necessitatem (de qua non est concuersia), ergo si humana lex assignans pauperibus quaream partem, aut alijs pīs operibus, modificaretur hanc obligationem ad quartam partem, solum ex charitate, illa quarta pars, etiam si extaret debetur, quod nullus dicer. Cū ergo ex iustitia illa debeatur, facta diuisione; Consequens est, quod non fuerit modificatio diuinæ, aut naturalis legis; Fuit ergo (ni fallor) modificatio alterius humanæ legis uniuersalioris, qua initio cum constituti sunt Ecclesiæ redditus, & decimæ, Episcopi tantum facti erant Economi, seu dispensatores illorum bonorum, quæ communia erant, nè ergo ultra illorum bonorum, quæ communia erant, dispensatio procederet,

M hac

hac obligatio dispensandi bona Clero fabricæ, pauperibus, & sibi, ut opus erat, quæ erat ex iustitia, cum cōmunia essent bona, taxata est, ut quarta pauperibus, & alia Clericis, alia Ecclesia alia vero Episcopo distribueretur, & sic satisficeret iustitiae obligationi; Unde si extaret diuisio integra, tantum ex iustitia teneretur Episcopus hæc diuisiōnem obseruare, & secundum illam distribuere, & hac tamē non obstante ex charitate tenebatur de superfluo ad eleemosynam, quia hæc obligatio charitatis, semper mansit intacta, nec aliqua lege humana fuit modifcata aliquando.

Ea ergo ratione, potuit à consuetudine pars puerum, quæ illis ex iustitia debebatur in Clericorum, vel Episcoporum partem cedere, quia solum ex lege humana debebatur ex iustitia, quæ consuetudine potuit abrogari ut diximus, & similitè potuerunt Pontificis auctoritate, ex ea parte beneficia construi de novo, ut forsan de facto ex ea parte pauperum constructa sunt multa beneficia, ut docuit Sotus.

Vnum mihi certum restat, quo redditus Cappellaniarum, quæ modo aliquibus ab hinc annis constructæ sunt cōsanguineis, vel illorum successoribus, ita planè ad Cappellanos pertinere, ut dubitari non possit, illorum verum habere dominium, sicut maioratus; solum enim differunt in hoc, quod sint sacraea bona, talemquæ existimo fuisse intentionem instituentiū Cappellanias, sed Cappellaniæ alio modo Canonicas, vel alijs relictæ, vel legata pia, nisi expressè, vel tacite constet de mente velinquentium, ea conditione supra-

dicta relinquiri, verè pertinent quò ad dominiū etiam superflui ad ipsos beneficiarios, & existimo de nullis ferè constare oppositam.

Ex dictis patet solutio ad rationes sententie Nauarr. & Caiet. qua autem ratione teneantur Beneficiarij, & Episcopi de superfluo ad eleemosynam, suo loco diximus. Ad dicta vero Sanctorum facilis est responsio: Ad testimonia enim Aug. Hieron. Ambr. & aliorum illius temporis, facile respondetur, quod illi loquuntur, cum omnia bona erant communia, ut notauit Sot. qui vero loquitur post factam diuisiōnem, metaphorice, & per exaggerationem loquuntur, volentes exprimere obligationē charitatis, saepissimè enim sancti etiam laicorū avaritiam, rapinæ nomine fugillat, & notat per hyperboleū, ut docuit Sot. unde in rigore non dicunt esse iustitiae obligationem. Et ita Ambrosius, loquens, non solum de ecclesiasticis, sed dè alijs etiam, ut testatur S. Thom. 2. 2. q. illa 185. art. 7. ad primum in illud Lucae c. 12. (hominis cuiusdam diuitis, uberes fructus ager attulit), inquit, nec minus est criminis, habenti tollere, quam cum possis, & abundes denegare indigenibus: constat autem, quod denegare indigenibus, non est contra iustitiam, nè inducit obligationē restitutionis, nisi in extrema necessitate, de qua non solum loquitur Ambrosius, tamen tollere alienum est contra iustitiam, & inducit obligationem restitutionis, ex quo apparet, secundū exaggerationem Sacerdos Dei, aliquando fuisse locutos.

Post scripta vidi doctū satis Gugliel-
mum

mutum Redoanum de spolijs clericorum quest. i. sub num. 25. vers. Et non desunt, qui ita loquuntur, qui tenent Clericum habentem beneficium, vel ultra fibi necessaria redditibus illius in profanos, et voluptuosos usus expendentem, mortale peccatum committere, et ad illorum reddituum, ita expensorum, et consumptorum, restitutionem teneri: ex verbis Hieronymi dicentes, aliena rapere coniungitur, qui ultra necessaria fibi retinere probatur cap. ordinandus 42. dist. sensit hanc opinionem Sanct. Thom. quest. 43. articul. 8. assert. Alex. Halef. 3. qu. 36. membro. Riccard. à Mediauilla in 4. sent. distinct. 45. artic. 3. quo. I. Io: Maior distinct. 42. qu. 17. dicit hanc opinionem esse communem, quam tandem probat Palud. in 4. dist. 24. q. 3. artic. ultimo, quibus suffragatur tex. optimus in c. Episc. 12. q. 1. Et tex. in c. I. 12. q. 3. pulchre Diuus Bernardus epist. 42. col. 3. Clamat, inquit, pauperes nostrum est, quod effunditis, nobis crudeliter suberabitur, quod inaniter expenditis huic opinioni accedit Abb. in c. cum secundū de præb. I. col. Archid. Et Dominic. de Sancto Gemin. in summa 44. dist. Fel. in c. postulasti de rescript. Butr. c. I. nu. 28. de emptio. sed hec, atq; alia à dictis Doctor. adducta, contendunt frequenter, ut sit illicita hæc ecclesiasticorum reddituum in profanos usus distributio, non tamen ut sit restitutio, necessariò facienda. Præterea redditus Ecclesiastici, qui super sunt ultra ministeriorum uictum alieni dicuntur, non proprij, sed ex quadam metaphora: eo quod essent pau-

peribus erogandi, quod auctoritate Hieronymi coprobatur; is etenim scribit bona Ecclesiarum, dici bona pauperum, quod ad debitum, quia eis debetur, non quo ad dominium, neque quo ad proprietatem, per Card. à Turre Crem. in cap. uidentes nu. 2. I 2. q. I. Et licet Canon I. 12. q. 3. probee, quod acquisita ex fructibus, et redditibus beneficiorum spectante ad Ecclesiam, id quod nemo negat, non tamen ex eo sequitur, ergo Prelatus fructus sibi designatos male consumens, teneri restituere, quia licet Thom. et Gaer. 2. 2. q. 185. arc. 7. dicant hanc consuetudinem non posse fieri absque peccato mortali, negant sacramentum restituendi obligationem; Præp. in summa 44. dist. col. 5. S. Thom. in 6. quolibet art. 12. Silvester, et in summa in uerbi Clericus quarto 20. queritur, ubi post distinctiones idem tenere uideretur, et in uerbo restitutio 3. q. 5. Adrianus in 4. sent. c. incipientem pro clariori 4. concl. quorum sententia licet benignior sit, et nostris hisce temporibus admittenda, ex totius Orbis Christiani consuetudine, quod plurimum, iuuatur, uide tamen, et cogita, nonnè alia opinio forsan esset magis salubris animo, et corpori Cleri nostri temporis: quia Abb. in d. c. cum secundum, nimis affirmatiuè dicit, quod clerici tenetur restituere de suo Ecclesia illud, quod male expedererūt de illis redditibus, et propterea cogita bene, quia anima est cunctis rebus preferenda.

Idem Guglielmus in eodem tract. q. 3. §. Et in hac materia, postquam tres rectulerit opiniones, ipse ita scribit, pro declaratione veritatis est meo in-

M 2 dicio

dicio bonū subdistinguere, inter qualitates fructuum, reddituum, & prouentuum, qui percipiuntur ab Ecclesia, & inter eos, qui percipiuntur occasione Ecclesie, quia iudico, quod de omnibus indistincte non sit habenda eadem ratio, ut videlicet aliqui fructus sunt, qui obueniunt Beneficiato regulariter ratione tituli tantum, non ratione alicuius, vel residentiae, vel seruitij, vel personalis interessentiae, vel sit beneficium habens, vel non habens administrationem, quia nihil refert, per Abb. in repetit. cap. cum esses de testam. & cap. fin. dc pecul. Cleric. pura redditus, qui veniunt ex prædictis dominibus, censibus, Terris, locis, aut alias ex rebus Ecclesie, quia ei debetur, ex eo quia est in beneficio institutus, aut intitulatus, & de istis est fas dictum supra, ubi deduxi, quod sunt tres opiniones, una Innocent. & sequac., alia Floren., alia Hostien., que medianam viam elegit, &c. pro qua est decisio Rot. 855. in antiquis incip. cum Camera Apostolica, item alia decisio eiusdem Rot. decisio 37. in ultim. incip. Pariter cum Camera Apostolica, facit pro ea usus communis, & communis consuetudo, que illa approbat, ut per Abbat. cap. peruenit, de fideiussor. num. 12. circa finem, & per eundem in cap. reprehensibilis de appellation. in addition. num. 20., ubi dicit esse consuetudinem generalem apud omnes, quod personaliter beneficiari faciunt fructus suos, & per eundem in cap. nouum genus 3. col. in fin exera de decim.; quod utrum Canonici, & sic personaliter beneficiari, faciat fructus suos, nec.

nè standum est (inquit) consuetudini. Alij vero fructus sunt, qui obueniunt beneficiato, non ratione tituli tantum, nequè ex eo, quia est in beneficio institutus tantum, vel intitulatus; sed quia in Ecclesia in diuinis horis, & laudibus Dei deseruit, veluti sunt illi fructus, vel prouentus, qui debentur tantum seruienti, & qui non deseruit, illos non percipit; veluti sunt distributiones quotidiana, que dantur pro seruitio in diuinis personaliter impenso, & huiusmodi; de quibus habetur, capitul. unic. de Cler. non resid. in 6. & in c. licet de prab. Alij demum fructus sunt, qui non debentur habenti titulum, nec deseruienti in Ecclesia in diuinis, sed quia sunt tertio auctoritate Apostolica, vel alia ex fructibus, vel emolumen- tis alicuius Ecclesia Canonice referuati, ex aliqua causa, vel arbitrio Superioris regulariter, vel concessi, pro ut sunt fructus in aliqua Ecclesia alicui specialiter referuati, & pro ut sunt fructus pensionum, & pensiones, que non debentur, nec ratione tituli, nec seruitij, sed sola Pa- pa, aut alterius Superioris ordinatio- ne, aut concessione, obligantes in id habentem beneficium, siue Ecclesiam, de quibus habetur per Caccialup. Gig. Paulum de Roma in eorum tra- Etat. de pensio: in principio, & per to- rum; Et de his duobus videretur res aliter se habere; quia in huiusmo- di multo maiorem potestatem Cleri- cus, vel Prælatus habere uidetur, & primo videntur vera esse, que diximus supra de distributionibus quoti- dianis, uidelicet, quod acquiruntur etiam

etiam ratione dominij recipienti, & Canonicus, siue Clericus facit illas suas, adeo quod pro libito sue voluntatis, potest de illis receptionis disponere, dict. capitul. unico de Cleric. non residen., quia distributiones quotidiana dantur pro labore impenso, & in multis locis, ut diximus supra, dantur in pane, vino, & huiusmodi, nec augent corpus prebendae, seu beneficij fructus, nec inter fructus beneficij numerantur, nec tenuiunt appellatio ne fructuum beneficij, per Probum, qui multos enumerat in capitul. primo column. fin. de Cleric. residen. est. decis. Rotæ decision. Achil. incipien. pensionem titul. de pension. in manuscript., & dicit Summa Tabiena in ver. restitutio, §. 19. Hec Rodanus.

Quid igitur dicendum in hac qua^stione? benignè Lector obseruat rationes Doctorum, considerasti 69 ipsorum Doctorum qualitatem. quod mihi videtur, dicendum est, primò nō damno opinionem Nauarri, & aliorum Canonistarum, atquè illam probabilissimam puto, atquè piam, & tutam tum ob rationes ab ipsis adductas, tum ob præstantiam Doctorum, qui illam tenent, tum etiam ob conscientiæ maiorem securitatē, vt dixit Hurtadus, eo quia omnes antiqui Patres, & Canonistæ dicunt bona Ecclesiæ esse pauperum, Patrimonium Christi, pretiaque peccatorum; atq; Episcopos vocant Patres pauperum, possunt pauperes introire usque ad cubiculum Episcoporum, & vociferare, date nobis, quod nostrum est, vt latius ostendi in li-

bro de vera Residentia Episcoporum c. 4. sect. de eleemosyna, & ipsem Dominus dixit, vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam, si præcipit vendere, vt dari possit alimonia, eo magis, quæ supersunt, danda sunt pauperibus, & apud S. Lucam ait, quod superest, date pauperibus; hæc enim verba præceptum certè important: Igitur opinionem Nauarri, & aliorum conformem esse regulæ Euangelicæ arbitror.

Secundò dico Azorium non conuenire certè cum Nauarro, sed cum Doctoribus ultimæ sententiæ: li- 70 cet enim in d. c. 8. uers. dicere videatur, quod beneficiati non habeant nisi dominium fructuum, & reddituum, qui necessarij sunt pro congrua substantiatione, non vero superflui. Deinde cum suam proponit sententiam videtur clare tenere, etiam fieri dominum reddituum etiam redundantium, & clarissim in response ad quartum argumentum, ubi tenet, beneficatos, & ceteros non teneri ad restitutionem, si superfluum erogant, aliter quam in usus pios, cum ad id lege iustitiæ non teneantur, si enim cum Nauarro tenuisset, utique debebat tenere non fieri dominium reddituum superflorum ad substantiationem, & si aliter quam in pios usus expenderent, ad restitutionem teneri, & apertis verbis Azorius vocat opinionem Nauarri nimis seueram, & rigidam. & licet Azorius reprehendat Sotum, vocetque eius opinionem laxiore;

rem; tamen re vera, & in substantia conuenit cum Soto; nām Sotis sententia est, beneficiatos acquirere dominium omnium reddituum, etiam superfluorum, teneri tamen

71 certissimè ad eleemosynam, non tamen ad restitutionem, quod idē puntualiter tenet Azorius sic in substantia conueniunt, & differunt dumtaxat in assignanda ratione, & quod Sotus non explicauerit quale sit illud vinculum strictius, quo obligantur beneficiati ad ele-

72 mosynam, &c. Vndè perperam meo iudicio Azorius increpauit Sotum virum alioquin doctissimū.

Sententiam Layman, & aliorum

73 quoque probabilem esse, existimo, tūm ob rationes ab ipso adductas, tūm propter tanti viri autoritatem. Verū patitur aliquā difficultatem, quia si beneficiati acquirunt dominium omnium reddituum, etiam eorum, qui sunt superflui, vt ipse tenet, quomodo possent ad restitutionem tenentur, si non erogauerint in pauperum alieniam, vel in vsus pios? dicit Layman, quod lege iustitiæ tenen-

74 tur ad hāc erogationem; Sed hoc cōtrouertitur, & cum alij hoc strenue negauerint, pro assumpto certo accipi non potest: Canones, quos ipse citat, hoc non dicunt, sed dumtaxat præcipiunt eleemosynā vti consentaneam, & valdè congruam, ac etiam necessariam, dīisque Sac. Canonibus, etiam respondent latè Aduersarij. Quod verò haec fuerit opinio omnium antiquorum nō facit rem certam!

nam multa docuerunt antiqui, que
75 nunc rejciuntur, nec quod antiqui dicunt, sed quod rationibus validioribus suadetur, tenendū est. antiquorum verū est quod magna est authoritas, sed sēpē sapientia ab his receditur; Abbas Panormitanus fuit vir maximæ authoritatis

76 in Ecclesia: attamē multa scripsit, à quibus nunc recesserunt recētiores: quod verò peccant mortaliter beneficiati, si redditus redundantes nō erogauerint in pios usus, hoc omnes DD. admittunt, sed ex peccato nō potest inferri ad obligacionem iustitiæ, & restitutionis, quia peccatum hoc oritur ex transgressione legis Ecclesiastice, quæ obligat sub mortali in materia gravi, prò ut hæc maximè cum præceptū Ecclesiæ sit strictū: constans enim

77 est in nostra Ecclesia Catholica apud ecclesiam esse potestatē condendi leges obligantes in conscientia, & sub reatu peccati mortalis iuxta subiectam materiam, & qualitatem præcepti: Igitur peccatum hoc ecclesiasticorum oritur ex violatione præcepti; ex hoc autem nō potest deduci necessariò obligatio ad restituendum in casu cōtrario, vt patet in multis materijs: quarè

78 autem fuerit præcepta dicta erogatio superflui in pios usus, dicendum est suo loco. Quod verò ar-

79 tius teneantur ecclesiastici; quam laici, hoc prouenit ex præcepto ecclesiastico superaddito diuino præcepto, quo cæteri obligantur: tamen indè non potest inferri ad obligationem iustitiæ, nam mul-

ta

ta p̄cipiuntur à sacris Canonibus ecclesiasticis, in quibus nulla considerari potest obligatio iustitiae, est merum præceptum ecclesiasticum, quod non semper inducit obligationem iustitiae, quæ dūtaxat oritur ex violatione, seu lassioni iuris alteri quæsito; nullū vero ius certum ad rem habent pauperes, vel vsus p̄ij ad superflua clericorum, seu beneficiorum, seu Episcoporum, sed tātum iubet Ecclesia suo præcepto, quod superflua erogētur, sed nullum ius datur, ut quæsitū dicatur pauperibus: Igitur quando Episcopi, & cæteri Clerici beneficiati tenentur, & non faciunt eleemosynam, violant quidē præceptū ecclesiasticum, sed nō iustitiae. Ul̄t̄r̄ cōcedimus, abundatores redditus, ideo ecclesiasticis tributos, vt in cōmunes vtilitates erogent si habent superflua, sed negatur, fideles etiam ante diuisionem dedisse bona hac conditio- ne, vt deberent ex iustitia taliter expendere, sed recte, & piè eōfīsos Ecclesiæ administrationi liberè bona obtulisse.

Neque omnis intentio elargientium sua bona obligat aecipientes ad disponendum de acceptis ista voluntatem dantium iure iustitiae, nisi hoc expressè caueatur, sicuti videmus in patre, qui bona sua relinquit filijs ea intentione, vt de illis benē vtātur: at si filij contra patris voluntatem eisdem abutātur, quis dixerit filios contra iustitiam age-re? ita licet fideles bona sua Ecclesijs intuitu pietatis fouendæ,

vel paupertatis subleuandæ dede- rent, & hoc intenderint; attamen nullam iustitiae obligationem ex- presserunt, & totum hoc arbitrio pauperis relinquunt, ad subleuādam eius paupertatem eleemosynā tri- buit. Præterea aliud est dare, con- ditione expressa restringente do- nationē, & afficiendo ipsam rem donatam, vt si aliter fiat, accipiens sit reus violatæ iustitiae; aliud verò dare sub modo aliquo, & præcepto, vt si aliter fiat sit contra aliquam virtutem; ad summum enim dici poterit res Ecclesiæ fuisse datas, & relias secundo modo, cum nullā legas expressam conditionem ap- positam, & ideo non cōtra iustitiae, sed contra alias virtutes Episcopi, vel beneficiati agunt, si redditus ecclesiasticos expenderint in alios quam pios vsus, vt latius, & accu- ratius *Vincētius Filliuccius de spo- lijs Cleric. c.7. num. 13. 14. & 15.* discurrit. Immò Paulus Seruita, alioquin Ecclesiæ infestus *tom. 3. in tractatu benefic. fol. 17.* dicit quod in primordio Ecclesiæ res fuerunt datæ à fidelibus absq; vilia conditione, & quamuis redditus prefati, sacri dicātur, vt obijcit Nauarrus, attamen non sunt tales consecratione, vel benedictione, sed dūtaxat destinatione quę tollit per contrarium vsum, & ideo non sequitur, quod natura eorum attenta, nō possint in alium quam pium vsum expendi, idem *Filliuc- cius d.c.7. nu. 17. 18. & 19.*

Insuper Suminus Pontifex supre- mus omnium honorum Ecclesiæ admi-

administrator potuit validè, & licetè talē partē beneficiatis, quoad dominium applicare, quia sicut poterat, & bona expendere in Ecclesię vtilitatem: Sic etiam ad hunc finem, qui tendit ad ipsius Ecclesię vtilitatem, ad effectum, vt ipsi inferuient homines probi, docti, & omni exceptione maiors alleati à dicto commodo fructuum, vt considerauit optimè *Cardinalis de Lugo* loco infrà citando, *Barbosa d.c.17. nu. 15.* habet etiam hanc potesta-

84 tem Ecclesia, præsertim, cum hoc pertingat ad Dei cultum, prouidere enim Ministris Ecclesiæ certè pertinet ad cultum Dei. *S. Thomas quolibet 2.q.4.nu.8.in corp.* potuitq; taxare hanc substantiationem, vel per erectionem beneficiorum, vel diuisionem, absq; violatione iustitiae, & liberare Clericos ab illo onere, quamvis ex iure diuino, & naturali proueniat, quia ius positiuū potest determinare ius naturale, vt dicit *S. Thomas loco cit. latè Sarmientus d.p.4.c.2.n.8.9.¶ 10.*

Considero etiam ego, quod non omnes Episcopatus, & beneficia, quæ hodie sunt in Ecclesia sunt erecta ex bonis illis communinibus, quæ erant in Ecclesia ante diuisionem, & beneficiorū erectione pars pauperum fuerit commixta, & confusa cum redditibus Episcopatum, & beneficiorum, & inde consurgat obligatio in Episcopis, & cæteris beneficiatis; nam plurimi Episcopatus, ac beneficia erecta ex nouis redditibus datis à fidelibus populis, aut à Principibus post multum

tempus, post talem diuisionem, & fundauerū Episcopatus; & beneficia, eisque dederunt redditus ob necessariam substitionē Episcoporum, & Beneficiatorum; sic pro ipsiusmet Episcopis, & beneficiatis, absq; alio onere &c. nullibi enim legimus, tale pactum addictū fuisse in huiusmodi erectionibus.

Dico quarto *Thomam Hurtado*, de quò supra attentè legendum esse, siquidem inuenio apud me(ni fallor), vel confusè loquutum esse, vel insubstantia non discrepare à Doctoribus ultimæ sententiaz in §. 10. ita loquitur, hæc sensisse S. D. & dictum Caietanum supra (ni fallor) abundè monstrauit, & modo hoc discursu ostendo, quando bona non sunt tripartita, aut quatripartita iuxta Sac. Can. sed quando indiuisa tradita sunt fidei Episcopi, & beneficiorū tanquam disp̄satoribus; in hoc enim situm est huius difficultatis punctum. Igitur D. Thomas, & post pauca nu. 147. ait vnde fit quod ex istis bonis, quæ usui clericorum sunt deputata, ex quibus originem ducunt præbēdē, quæ dantur propriè exercitia spiritualia, etiā si pingues non tenentur præbēdati aliquo diuino, vel humano precepto ad maiorem obligationem, quam requirit debitum charitatis in bonis patrimonib; quare de istis bonis, & præbendis accquisitis non procedit controuersia, quia ista iam sunt assignata determinatè usibus clericorum, quibus dantur non ut dispensatoribus, sed tamquam eis, qui

qui verum dominium non acquirent de illis bonis v̄sibus suis applicatis: quare de bonis, quae supersunt ex cōgrua substētatione, & de bonis assignatis v̄sibus Clericorū est quēstio; & de istis dicit D. Thomas, quod cū distincta sūt saltē à parte, quae debetur pauperibus, & alijs pijs operibus, fidei beneficiarij cōmittitur, quia non est dominus, si cut patrimonialium, & v̄sibus suis deputatorum, sed est administrator, Procurator, dispensator, qui tenetur dispensare, vt arbitrio prudentis, & fidelis iuxta legem bonorum ecclesiasticorum in sacris Canonibus ab Apostolis traditam, & à Christo sanctitam, ita vt ex illis bonis indistinctis dispenset suis v̄sibus, cultui diuino, & pauperibus, & fabricæ secundum exigentiam cuiuscumq; Et sic, bonorum indistinctorum, et si habeat administrationem; cum tamen absolutum, & verum quod acquirit illius portionis, quam suis v̄sibus prudenter applicat, & sic reliquorum, quae supersunt tenetur lege iustitiæ expendere in opera pia; & si in v̄sus profanos expēdat, dubio procul si excessus magnus sit, peccat mortaliter, & restituere tenetur. Sic tenetur si facta esset diuisio, & distinctio, quia illorum solum est dispēsator, & non verè dominus, quādo bona, erant distincta: quia quantum ad hoc, vt bene notat Azorius, pauperum refert, quod bona sint diuisa, vel indiuisa, quia séper diuidi debent, iuxta naturam, & conditionem bonorum, quae sunt Dei, & pa-

trimonium Christi, & hic est (vt aiebat Couar. c. cum in officijs n. 13. de testamētis) genuinus, & verus S. Thomæ sensus, & domini Caetani intelligētia clarissima, vbi ex ratione proprij, & communis boni colligit euidenter rationē restituēdi, vel non. nam si est applicatum bonum v̄sibus proprijs, iam fit proprium, sicut cum applicatur pauperibus; si autem non applicatum v̄sibus proprijs, manet bonum commune, & sic si illud expendat in v̄sus profanos restituere tenetur, *Hez Hurtædus loco citato à n. 147. presertim 148. & 149.*

Certum enim est, quod quando bona 87 non sunt distincta, sed communia cū Clericis, Ecclesia, & alijs, si Episcopus accipit aliquid excessiuē v̄ltrā propriam portionem, dicitur committere furtum, & restituere tenetur, quia accipit non suum; in hoc enim omnes concordant Doctores, nec est qui negare possit, tunc enim Episcopus est vt merus dispēsator, & distributor, & excepta portione sibi necessaria ad propriam dignitatem, & personā decēter substantandam, reliqua omnia distribuere tenetur secundum exigentiam illorum, quibus dispensare tenetur, & habent ius ad bona communia, & hoc expressè voluit S. Thomas in ultima parte conclusionis, vt mox infrā videbimus. At nostra quēstio est de redditibus su- 88 perfluis, & superabundantibus, & deputatis Episcopo, seu beneficio, scilicet de redditibus deputatis Episcopis ad congruam, & sic

N sep-

ratis; supersunt tamen ad eius cōgruam, & decentem substentationem, quod certè est diuersum; nam isti redditus, licet sint superflui; at tamen non possunt dici cōmunes, & si istos redditus superabundantes Episcopus, vel Beneficiatus debet expendere in vſus pios, alimoniām pauperū, hoc aliunde, quam ex communione venit; redditus namque communes, sēcū bona cōmunia illa dicuntur, quando nulla intercessit diuīsio, sēcū assignatioꝝ facta autē diuīsione, & assignatioꝝ, communitas iam resoluta est, & non amplius communia bona dicenda sunt, sed propria cuiuscūque; fuit enim facta diuīsio reddituum ecclesiasticorū, & Episcopis, sēcū cuilibet mensē episcopali assignati fuerunt proprij redditus ad propriam decētem substentationē, & per hoc resoluta communitas remansit, nec amplius bona indistincta dieenda sunt. Et licet quod supereſt, & est superfluū Episcopi quilibet teneantur erogare in pios vſus, hoc non ex communitate, quę adhuc perdurat procedit, sed, vt dixi aliud, vt mox dicetur: Ideò redditus superfluinullo modo possunt dici communes, & indistincti, licet ad illos dixerimus ius habere opera pia, & pauperes.

Dico quinto probabilissimam esse, & 89 forsitan veriorem illam sentētiām, quę tenet, dominium omniū reddituum, siue episcopatum, sēcū beneficiorū, & redundantium sēcū superfluorū esse penes Episcopos, sive beneficiatos, illosque verē do-

minos esse horum reddituum, atq; tantum peccare; si nō erogauerint superflua in vſus pios pauperumq; alimoniam, non tamen teneri ad aliquam restitutionem, quod idem est ac dicere illos non teneri iure iustitiae, sed dūtaxat misericordiæ, & charitatis, &c.

Habet duas partes hæc conclusio pri-
90 ma est Episcopos, & beneficiatos, dominiū acquirere fructū episcopatum, & beneficiorū, secūda si superfluos redditus nō erogauerint in pios vſus nō tamē ad restituī-
tionē, siue solum ex charitate ad id te-
neri vtr aque tamen videtur (ni fal-
lor) S.Thomę 2.2. q.185. in corpo-
re, dicit enim S.hic Doctor. Respo-
deo dicēdum, quod aliter est dicendū
de proprijs bonis, quę Episcopi posside-
re possunt, & de bonis ecclesiasticis,
nam proprietum bonorum dominium
verum habent; Verum ex ipsa rerum
conditione non obligantur, ut ea alijs
conferant, sed possunt ea, vel sibi reti-
nere, vel etiam alijs pro libito elargi-
ri, possunt tamen in eorum dispensa-
tione peccare propter inordinationem
affectionis; per quam contingit quod vel
sibi plura conferant, quam oporteat,
vel alijs etiam non subueniant secū-
dum quod requirit debitum charita-
tis; nō tamen tenetur, ad restituī-
tionē, quia huiusmodi res sunt eorum domi-
nio deputata, sed ecclesiasticorum bo-
norū sunt dispensatores, vel procu-
ratores; dicit enim Augustinus ad
Bonifacium, si priuatum possidemus
bonum, quod nobis sufficiat, non illa
bona nostra sunt, sed illorum, quorum
procurationem gerimus, non proprie-
tatem

ratem nobis usurpatiōne damnabili vindicemus, ad dispensationem autē requiritur bonafides secundum illud 1. ad Corinth. 4. hoc iam queritur inter disp̄satures, ut fidelis quis inueniatur. Sunt autem bona ecclesiastica non solum in usus pauperū, sed etiam in culeum diuinum, & necessitates ministrorum expendenda: Unde dicitur 12. q. 2. de redditibus Ecclesie, vel oblatione fideliū soli Episcopo ex ijs una portio mittatur, duæ ecclesiasticis, fabricis, & erogationi pauperum profuturæ à Presbitero sub periculo sui ordinis ministrentur, ultima Clericis pro singulorum meritis diuidatur. Cur ergo distincta sint bona, quæ debent in usum Episcopi cedere ab his, quæ sunt pauperibus, & ministris, & cultui Ecclesie eroganda: at si aliquid sibi retinuerit episcopus de his, quæ sunt pauperibus eroganda, vel etiam in usum ministrorum, aut in cultum diuinum expendenda, non est dubium quin contra fidem dispensationis agat, & mortali ter peccet, ac ad restitutionem teneatur; de his autem, quæ sunt specialiter usi deputata videtur esse eadem ratio, que est de proprijs bonis, ut scilicet propter immoderatum affectū, & usum, peccet quidem si immoderata sibi retineat, & alijs non subueniat; sicut requirit debitum charitatis; Si vero nō sint predicta bona distincta, eorum distributio fidei eius committitur, & si quidem in modico deficiat, vel superabundet, potest hoc fieri absque bonefidei detrimento, quia non potest homo in talibus punctualiter accipere illud, quod fieri oportet; Si ve-

rò sit multus excessus non potest latere unde videtur bonafidei repugnare, & iam nō est absq; peccato mortali; dicitur enim Matth. 24. quod si dixerit malus seruus in corde suo morā facit Dominus meus venire (quod pertinet ad diuini iudicij contemptū) & ceperit percutere conséruos suos (quod pertinet ad superbiam) manducet autem, & bibat cum ebriosis (quod pertinet ad luxuriam) veniet Dominus serui illius in die, qua non sperat, & diuidet eum (scilicet à societate bonorum); & partem eius ponet cum hypocritis (scilicet in inferno) ita Angelicus Doct.

Hæc enim conclusio S. Thomæ clarè 91 diuiditur in plures partes; prima in principio conclusionis, secunda ibi sed ecclesiasticorum, tertia ibi ergo distincti sunt, quarta ibi de his azent, quinta ibi si uero non sint; verum pro facilitiori methodo diuide re illam possumus in duas partes principaliores, in prima parte principaliori agit S. Doct. de bonis patrimonialibus Episcoporū, de quibus dicit habere dominium, & tantum peccare Episcopū contra moderationem affectus, per quam cōtingit, quod vel sibi plura cōferat, quam oporteat, vel alijs etiam nō subueniat secundum quod requirit debitum charitaris; non tamen 92 tenetur ad restitutionem. In secunda parte principaliori conclusionis agit Diuus Thomas de bonis Ecclesiasticis, quorum est dispensator Episcopus, & hanc secundam principaliorem partem diuidit in duas alias partes; in quarum altera agit

cum bona sunt diuisa, in secunda quando nulla adest diuisio inter Episcopū, & Ministros Ecclesiarū, scū usus pios; de prima dicit, quod *cum bona sunt diuisa inter Episcopū Ecclesiam, & pauperes, si Episcopus retinuerit de his, quae sunt pauperibus eroganda, vel etiā in usum ministrorum, aut in cultum diuinum expendenda, non est dubium, quia contra fidem dispensationis agit, & mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur, & benē, ac sancte dicit hic S. Doctor, quia horū Episcopus nullum acquirit dominium, sed est merus dispensator.* exempla fiat manifestum. Eram ego Episcopus Sancti Angeli Lombardorum, & Bisaciens, quæ Cathedrales Ecclesiarū habent redditus distinctos procurarum necessaria manutentione, & pro suppellectilibus habent Canonie redditus in communi massa, ac sunt hospitalia &c. si ego acceptissem redditus duarum Ecclesiarum, mihique appropriassem, vel Canonicorū, vel hospitalium, certum non solum peccatum cōmisissē, sed ad restitutionem essem obligatus, quia redditū Ecclesie eram simplex administrator, scū procurator, non autem dominus: Nam bona fidei meæ erant commissi hi redditus, eorumq; fidelis dispensator eram: quare cōtra fidem peccauisse, & restitutioni obnoxius fuīssem. Subdit S. Thomas *De his autē, quae sūt specialiter suo usui deputata, videatur eadem esse ratio, quae est de proprijs bonis, ut scilicet propter immoderatum affectum, & usum peccet*

quidem si immoderatē sibi retineat, & alijs non subueniat, sicut requirit debitum charitatis; loquitur hic clare, & expressè D. Thomas de portione Episcopi, quando scilicet est separata ab alijs portionibus, scū redditibus, nempē Ecclesie, & Clericorum, scū ministrorum, vt sunt hodie Canonici, de qua portione 94 *Episcopi dicit S. Thomas, quod eadem ratio ac de bonis patrimonialibus, sed de his in principio cōclusionis dixerat, Episcopum fieri dominum talium bonorum, & solum peccare ob immoderantiā affectus, nec teneri ad restitutionem si non eroget in pauperes, in usus pios; ergo clare docuit hic Sanctus, quod redditum episcopaliū, qui sūt portio Episcopi, Episcopus acquirit dominium, nec tenetur ad restitutionem, si non eroget, ut expōscit debitum charitatis, sed tantū peccet cōtra preceptum charitatis Tandem vltimo loco docet Angelicus Doctor, quod cum bona non sūt distincta, eorum distributio fidei Episcopi committitur, & si quidē in modo deficiat, vel superabundet non peccat quoniam quia potest id fieri absque bona fidei detrimento; Si autem excessus sit multus tunc facit contrā bona fidei, & peccat &c. Hæc est doctrina S. Thomæ in dicto loco: apertiū forsitan loquitur in quolibet 6. art. 2. ad 3. vbi, ait aliter dicendum de illis ecclesiasticis bonis, quae principaliter sunt attributa necessitatibus pauperum, & ex consequenti necessitatibus ministrorum, sicuti sūt bona hospitalium, & aliorum bis-* iusno-

iusmodi, & de illis bonis, que sunt
 principaliter attributa vīsibūs mini-
 strorum, sicuti sunt p̄ebendā cle-
 ricorum, & alia huiusmodi; nam
 in primis bonis peccatum committitur
 non solum ex abuso, sed ex ipso rērū
 conditione dum aliquis in suos vīsus
 assumit quod est alterius, & ideo te-
 nerur ad restitutionem, tamquam de-
 fraudator rei alienae; in secundis ve-
 rō bonis nō committitur peccatum ni-
 si per abusum, sicut de bonis patrimo-
 nialibus dictum est: Vnde non tene-
 tur quis ad restitutionem, sed solum
 ad penitentiam peregrinam. Hęc S.
 Thomas: Quare apertè videtur do-
 97 cere in hoc loco Angelicus Do-
 CTOR, Episcopos, ceterosque benefici-
 atos fieri dominos reddituum as-
 signatorum ad vīsum Beneficiato-
 rum, scū ministrorum, & solū pec-
 ēare hos ex abuso; absq; tamen de-
 bito restitutionis, vt legenti patet
 ad literam; nā Sanctus hic Doctor
 facit differentiam inter illa bona
 ecclesiastica, quæ sunt deputata
 necessitatibus pauperū principali-
 98 ter, & illa bona ecclesiastica, quæ
 sunt deputata principaliter, ad vīsu
 ministrorū. De primis dicit si quis
 aliquid accipiat, non solum peccat
 mortaliter, sed etiam ad restitutio-
 nem tenetur; De secundis verò tā-
 tum peccatum committitur ex abu-
 su absque obligatione iustitiae, si
 99 cuti dixerat de bonis patrimonia-
 libus? Quæ autē sunt bona princi-
 paliter attributa vīsibūs ministrorū
 nisi redditus episcopatum, & cæ-
 terorum beneficiorum? Ex his hāc
 sententiam non immerito Sarmiē-

tum adscripsisse S. Thomę adeoq;
 non tam acri censura, quam ei in-
 tulit Hurtadus dignum arbitror,
 neque enim Sarmientus posuit ma-
 num in messem alienā, quoniā hęc
 quęstio non est purę theologica,
 cuius difficultatē non posset attin-
 gere simplex iurista, sed est merē
 Canonica, de qua scribens, & recte
 Sanctus Doctor benē potuit Sar-
 mientus sensum ipsius Angelici
 Doctoris penetrare. Sanè abstinen-
 dum semper duxi à censuris nimis
 duris, prout monuit S. Hierony-
 mus ad Diuum Augustinum Epi-
 stola 91. dicens sufficit mihi pro-
 bare mea, & aliena nō carpere; op-
 timè nouit prudentia tua puerilis
 esse iactantiae accusando illustres
 viros suo nomini famam querere.
 Hanc sententiam abundē probant ra-
 100 tiones, & argumenta, quæ suprà
 attulimus; & in quantum ad domi-
 nij omnium bonorum etiam redū-
 dantium acquisitionem, benefacit
 ratio quā assignauit Paulus Lay-
 man; nam magnam pareret cōfu-
 sionem distinctione in discernendo
 quorum fructuum acquireret do-
 minium. generaliter Canones di-
 cūt Beneficiatos fieri dominos red-
 dituum beneficiorum, distinguunt
 inter necessarios, & redundantes, li-
 cet imponant præceptum erogan-
 di superfluos: Insuper hęc sententia
 apertè videtur probari ex Constitu-
 tione Iulij 3. quę incipit. Non si-
 cū ibi fructus occasione ecclesiarum,
 monasteriorum, & beneficiorum ecclē-
 siasticorum pro tempore prouenientes,
 licet postquam ad manus beneficioru-
 rum

rum fructibus commixti sunt nō ulterius in ecclesiasticis, sed potius ipsorum beneficiatorum proprijs, & ab eis acquisitis bonis iudicari, & propria quodammodo pro secularibus, & profanis haberi consueverint; nihilominus quandiu beneficiati illos non erogauerint verè ecclesiasticos esse; ex quibus verbis apertè probatur, beneficiatos benè facere fructus, & illorū acquirere verū dominū: Quod ante me cōsiderauit doctus qu. Fagnanus, optimæque sunt rationes adducēt supra ad probandum, Episcopos, ceterosq; beneficiatos non teneriad restitutioñē, si malè redditus ecclesiasticos, & in usus pios, pauperumq; alimoniam erogaerint. certè Ecclesia Sancta Catholica pia mater non reliquisset suos filios in huiusmodi errore viuere, si in eis obligationē iustitię ad ita operandum considerasset: & cum Concilium Anthiochenum in cap. 25. puniendum Episcopum statuerit, qui ad proprios usus fructus ecclesiasticos appropiasset, vlt̄a processisset, & ad restituendū obligasset, quod certè non fecit.

Item est cōsideratione dignum, quod 103 Sedes, scū Camera Apostolica non annullat donationes, scū alienationes factas per Episcopos ante quadragesimum diem mortis Episcoporum, sed dumtaxat factas intrā hos dies, quia fraudulentas supponit; tenet enim alienatio facta à clero fructuum beneficij etiā sine causa, nec reuocari potest iuxta doctrinam Zabarella claus. gratia in vlt. de rescript. ergo clare se-

quitur, quod Episcopi acquirunt dominium reddituum; alias si non acquirerent etiā annullaret factas ante hoc tēpus; & facit etiam quia quæ accipiunt consanguinei in vita Episcopi siue beneficiati non sunt spolia Filiūc. de spol. cler. cap. 4. n. 8. vers. dito tertio.

Hanc etiam sententiam probabiliore, 104 & communiter receptam maximè inter Theologos Hispanos, & Praxi, & consuetudini Ecclesiæ cōformem dixit Garsia de beneficj par. 2. cap. 1. num. 7. & verissimam putat Cardinalis de Lugo de Iustitia, & Iure disp. 4. sect. 1. per totam, qui largè eam probat, & ab obiectis defendit, & satis Doctores huius sententiae ad contraria respondēt, prout supra retulimus; Canones enim in contrarium facientes procedere attēto illo tempore antiquo, quo omnia erant 105 antiqua communia dicunt omnes, nempè Couarruicias, Sarmientus, Lessius, Vasquez, Fagundez, Lugo, & alij sicut dicta Sanctorum Patrum, præsertim Bernardi, per quādam scilicet exaggerationem, & modum loquendi, vel, vt dicit Fagnanus indē deduci præceptum 106 ad elemosynam; non tamen obligationem iustitiae, & restitutioñis; Si enim essent pauperum redditus Ecclesiastici, possent pauperes absque reatu peccati accipere bona Clericorum, vel conuenienter possent ecclesiasticos in foro externo ad dandum eis superflua, quod nullus dixit, & optimè facit, quod scribit S. Hieronimus in Isaiam

ijam cap.4. quem citat Cardlnalis de Turrecremata in *cap. videntes* 12. q. 1. num. 2. vers. 2. ad 2. ibi *alia opinio est*; dicit enim S. Hieronymus, quod bona Ecclesiastica nō sunt pauperum quoad proprietatem, & dominium, sed quantum eis erogari debeat, & optimè etiā conducit, quod supra considerauimus, nempe non ex illis bonis, quę erant cōmunia ob diuisionem fuisse erecta omnia beneficia, vel Episcopatus; sed multos Episcopatus, multaque beneficia erecta, siue erectos ex bonis nouiter quæsitis post diuisionem, nec donatores expressè conuenisse, vt de superfluis redditibus ali debuissent pauperes; cætera vide apud suprà citatos Doctores, qui fusiū rem hanc trituran.

Pro certo tamen tenendum est, & in 108 eo omnes Doctores cōueniunt, quod cum redditus Episcopales, siue aliorum beneficiorū sunt adeò tenues, vt non attingant ad competentem Episcopi, vel alterius Beneficiati substantiationem, tunc nullam adesse in Episcopo, vel Beneficiato obligationem, præter illam, quam habent cæteri, qui recipiunt stipēdia ob varia ecclesiastica ministeria: Vide *Bardum* q. 10. sect. 4. in fine; sicuti dicimus, & pro certo tenēdum est, portionem debitam Episcopis, cæterisque Beneficiatis anteponendam esse alimonię pauperum; nam ita exigit ordo charitatis *cap. multi Episcoporum* 12. q. 1. si ergo, & *Diuus Augustinus* in *cap. qui vult de pænitenc-*

tia dist. 3.; Datur enim ordo charitatis, ait Angelicus Doctor, & optimè *Fagnanus* in *d. cap. si quis sanè à n. 29. cum sequentibus de peculio clericorum*, & etiam pro certo tradimus q̄ si Episcopus, vel beneficiatus aliquid plus recipiat, & sibi applicet, quam oporteat, non peccarent mortaliter. S. Tho. quolib. 6. art. 12. & 7. q. 18 5. art. 7. *Fagnanus* loco cit. nu. 17. dummodò excessus non sit multus, vt loquitur S. Tho. d. art. 7.

Notanda verò aliqua sunt pro comm. 110 plemento huius capitatis, & primò notandum est quod cum Episcopi non faciunt fructus suos, si hos in pios usus erogare tenentur, nempe fabricæ Ecclesie, vel alijs pijs usibus, vt in *Trid. sess. 7. c. & sess. 23. c. 1. de reform.* Sic etiam Clerici, cum non recitant diuinum officium fructus beneficiorum pro rata non recitationis pauperibus dare cogentur, vt in Concilio Lateranen. sub Leone 10. sess. 9. in Bulla reformationis Curię, & alibi.

Item notandum est, quod quandoque 121. Ecclesia possidet, & habet dominium temporale in aliquibus Castris, vel Oppidis, siue Ciuitatibus, prout in Germania, & etiā in Regno, & in hoc casu de redditibus, qui percipiūtur ex eisdem Castris, Oppidis vel Ciuitatibus; licet qui obtinet temporale seu utile dominiū possit fructus ipsius, & introitus expendere in eiusdē status conservationem; Attamen hoc non pro libito voluntatis, sed cum moderatione iuxta necessitatem; nam su-

superfluum etiā cadit sub precepto distributionis, & erogationis in usus pios, seu pauperum almoniam; nam accessorium sortitur naturam sui principalis; hęc enim cum sint accessoria ad beneficium, seu Episcopatum, eisque unita, fit ut redditus, qui percipiuntur sint eiusdem naturae, ac est principale, cui accedunt: Ita *Cardinalis de Lugo* loc. 2. co cit. n. 34. cōtrà *Lorcā* 2. 2. disp. 40. sect. 3. Sed *Cardin. Caietanus* in 2. 2. q. 185. art. 7. in hac materia ita scripsit. Si verò Episcopus habeat magnos redditus ex temporali dominio, quia scilicet in eo quod est Episcopus, est temporalis dominus alicuius Ciuitatis, & oppidorum, & ex dominij temporalis redditu diues est: Alia videtur ratio, quia oportet quod non solum ut Episcopus, sed ut dominus expendat tenendo exercitum pro defensione patriæ, & habedo thesaurum, ne impugnetur patria, & ita, quod tunc dexter oculus ad cōmune bonum patriæ respicere debet; Sinister autem ad pauperes; quoniam tempore dominiū datū Ecclesię principaliter est ad ornatū simul, & autoritatem, & post honorem Dei propter bonum commune ipsius dominij, sicut datum erat domino sacerulari, & secundariò ut eleemosynae fiant pauperibus in eodem loco. Hanc doctrinam huius eximij Doctoris cū legiſsem quam maximè gratulatus sum, eo quod séper arbitratus sim, quod licet sumus Pontifex, sit supremus dispensator reddituum Ecclesię, ut

dicunt nostri Canonistae, & omnes Doctores; attamen maiori cum libertate potest disponere de his redditibus, quos percipit ut dominus temporalis ex Statu Ecclesiastico, & Provincijs sibi in temporibus etiam subditis quia in dominio illorum, seu in statu illo est verus Rex, & Princeps temporalis, & quamvis huiusmodi dominiū, seu Status fuerit donatus à Constantino Imperatore alijsque intuitu ipsius Ecclesię, & ut patrimonium Ecclesię possideat Papa pro tempore existens, redditus tamen qui percipiuntur ex illo Statu non habent illam intrinsecam qualitatē, ac habent redditus, qui ex beneficijs, & alijs titulis ecclesiasticis percipiuntur, redditus ex Statu temporali est merè temporalis, & accessoriè est ecclesiasticus; titulus autem beneficij, vel alias Ecclesię est merè spiritualis, atque ex diuersa origine ortum habet.

Immò *Hurtadus loco citato num. 243.*
 115 cum sequenti tenet, quod summus Pontifex habet bona quasi patrimonialia, de quibus ad sui libitum disponere potest, & eiusmodi sunt redditus, quos percipit à dataria; nam quamvis eos percipiat ratione actuum iurisdictionis Ecclesię, nō tamen sunt ecclesiastici de per se, & citat *Nauarrum de redditibus q. 1. monit. 39. n. 3. qui Nauarrus in mon. 45. n. 3. loquitur de cōgrua*
 116 Sunimi Pontificis, de qua ego nihil, quia loqui de supremo capite Ecclesię non decet, quia sum minimum membrum Ecclesię.

Prę-

Præterea verò notandum est, quod
 117 licet Clericu*m* Beneficiati non ha-
 beant facultatem condendi testa-
 mentum, nec Episcopi: Attamen
 in Regno Neapolis, in quo Clerus
 est transa &tus cum Reu. Camera,
 Clerici Beneficiati benè possunt te-
 stari de bonis etiam acquisitis in-
 tuitu beneficiorum, & dumtaxat
 fit spolium, quando in vita essent
 118 processati de illicita negotiatio-
 ne, vt patet ex instrumento con-
 cordiæ inter Reu. Cameram Apo-
 stolicam, & Cleros, seù Capitula
 Regni Neapolis, sed RR. Com-
 missarij Apostolici non verentur
 dictam concordiam non obserua-
 re: Episcopi autem de bonis acqui-
 sitis intuitu Ecclesiarum (licet be-
 nè de patrimonialibus) nō posunt
 119 testari nisi specialem indultum
 habuerint ad Sancta Sede Aposto-
 lica, quid pro certa summa con-
 cedi solet; difficillimè tamen in-
 genere pro omnibus bonis, ne
 Camera Apostolica defraudetur,
 putans spolia esse parui momenti
 aduertit Corradus in praxi dispen-
 lib. 10. cap. 4. nu. 14. &c. 15. Et cum
 120 Episcopus habet indultum te-
 standi etiam Reuer. Camera Apo-
 stolica incamerat bona, & posteà
 excamerat pro quantitate, &
 indultu concessio, dummodò in resi-
 dentia diem claudat extramū iux-
 121 tā Bullam Pij IV. nām alias in-
 dultum non prodesset, nisi Bullæ
 esset derogatum expressè, sicuti
 122 oportet, vt indultus sit registra-
 tus in Camera Apostolica intrā
 tres menses iuxta Constitutionem

Pij IV. incipien. Ingens Corradus
 loco cit. cap. 5. qui latè Squillante de
 priuilegiis Episcoporum par. 2. cap. 40.
 num. 4. & licet Nauarrus q. 3. de
 redditibus num. 17. dubitet an Pa-
 pa possit hunc indultum cōcedere
 attamen hodie hoc est extra con-
 trouersiam Vasquez de redditibus
 cap. 1. §. 3. dub. 7. Redoanus de spo-
 lijs q. 1. vers. item, & Papa.

Solent tamen Episcopi huius Regni
 123 antequam accedant ad Episco-
 patum facere inuentarium de bo-
 nis ante acquisitis, & inuentarium
 conseruatur in Archiuio Reueren-
 tiaturæ Apostolicæ copia; Nunc
 tamen authentiça conceditur Epi-
 scopo, & de his bonis nō fit spo-
 lium. Squillante loco cit. num. 12.
 Extant diuersæ Bulle, & conclu-
 siones Apostolicæ de hac materia
 spolij nempè Pauli III. Constit. 29.
 Pij IV. Constit. 8. 19. & 91. Pij V.
 Constit. 28. Sisti V. Constit. 100. Vr-
 bani VIII. Constit. 28. Tamen no-
 strum non est hic de hac materia
 agere, sed suo loco infra Deo dāte.
 Quia tamen supra in hoc capite ad-
 124 duximus multos Authores ab-
 solutè, & indubitanter afferentes
 beneficiatū in vita usufructuario,
 in morte autem usufructu compara-
 ri, vt me nā latere ostendam, quid
 in hac re scripserint, adducere duxi,
 in primis Glosā, in c. præsenti verbo
 reseruari de off. ord. in &c. quæ distin-
 guit inter beneficiatū cum admini-
 stratione, & Clericū beneficiatū nō
 habētem administrationem, & do-
 cet, quod Clericus beneficiarius cum
 administratione quādiū visit, &

fanus est comparatur usufructuarii quia eius ius morte finitur, sicut usufructuarij, cum vero cäperit infirmari comparatur usuarij, & ideo nihil habet, præter usum; si vero sit Clericus nō habens administrationē, sed personaliter, & simpliciter beneficiatus etiam in morte comparatur usufructuarij quantum ad faciendū fructus suos, & de ipsis possit testari. Doctrinam hanc Glosa sequitur Hostiensis in c. si quis sanè fin. de peculio Clericorum, ita quoq; ibidem sentit; Io. de Andre. & Monacus in c. 2. de rebus Ecclesiae non alienan. in 6. nu. 4: simpliciter vero, & absqueulla distinctione sequuti sunt quā plurimi Doctores, & hanc glossam allegari à toto Mudo, dicit Barbata in c. finali de pecul. Clericorum, &c. requisiti de hereticis communem distinctionem, dicit Bellonus consil. 3. incipien. Curaeos Ecclesiae n. 6. vers. quinimò lib. 3. Calderinus consil. 254. sub cie. de rebus Ecclesiae nō alienandi fol. mihi 50. at ergo, qui dicit hanc communem opinionem, hanc eandem glosam singularem, & notabilem, & de consuetudine seruari dicit Ioan. de Imola in c. peruenit de fideiussor. sub nu. 31. Corneus consil. 3. 14. lib. 3. Gemin. consil. 3. incipien. super dubio n. 7. vers. nam Prælatus Anch. consil. 233. incipien. factum tale nu. 5. communē sententiam Canonistarū hanc esse dicit Baldus in auth. licentiam sub n. 6. C. de Episcopis, & Clericis Barbosa in d. cap. presenti de offic. Ord. in 6. n. 8. Fagnanus in cap. fin. de pecul. Clericorum sub nu. 3. Surdus de

alimentis sit. 9. quest. 12. nu. 18. Molina de Primogenit. lib. 2. cap. 20. n. 35. & 43. Garzia de benef. part. 11. cap. 2. nu. 1. Gonzalez ad regulam 8. glos. 15. n. 3. Locterius de re benef. lib. 2. q. 36. nu. 45. Sacra Rota. apud Card. Seraph. dec. 549. nu. 7. & parte 12. Recent. decis. 168. nu. 28. & part. 8. recent. dec. 71. nu. 6. & penes Marches. de commiss. par. 1. fol. 524.

Sed Beneficiatum usuarium dumtaxat esse simpliciter asserut. Glosa in c. quia nos uerbo testam. de test. in cap. final. uerb. obitus de pecul. Clericorum vbi expressè docet beneficium non usufructuario, sed usuarij simile esse, & in c. cū constet uerbo fruatur de pignoribus, vbi expressè dicit, Clericos usuarios esse, & uictu, & uestitu contentos esse debere item, & in c. cum olim verbo distinctionem de rerū permutatione, hanc doctrinam communiter sequuti sunt prisci Canonistæ presertim Archidiaconus in c. presenti sub n. 13. uers. confessore de rescriptis in 6. vbi dicit expressè; Beneficiatus est simplex usuarius, nam postquam docuit, quod illud sorum, quod acquiritur occasione. Ecclesiae est Clericorum, quod probabili usu consumant, nec alio modo debent disponere, nisi in suas necessitates, & aliorū, qui seruiunt sibi, & quod debent necessaria sibi, & superflua erogare pauperibus, statim subiectit, quod unus tantum rerum Ecclesiarum conceditur Clericis 12. q. 7. cap. ult. & q. 2. c. sine exceptione, & dicere Clericū facere fructus suos esse hereticum iure

iure nostro attento, & contra cap. 12. q. 3. cap. 1. in principio, & ita concludit Archidiaconus, dico ergo salvo melieri iudicio, quod non poterit salua conscientia prouidere de talibus redditibus, cum non sint, secundum ueritatem proprij, sed cōmunes, eapropter pauperibus erogādi, uel in utilitatem sua Ecclesiae expendendi si sibi supersint, & hoc satis potest dici per id, quod habetur. 16. q. 6. §. ulti in fine benē tamen confiteor, quod Clerici talium fructuum perceptoriū sunt domini, & habent eorum proprietatem quantum ad fidem, & debitam dispensationem faciendam sibi, & suis. 31. dist. cap. omnino 50. dist. cap. studeat in fine, 86. dist. c. non satis. Hæc, & alia Archidiaconus, quem plures Canonistæ sequuntur, sunt, & Clericos tantum usurarijs similes secus verò usurarijs, Abb. Panorm. in cap. cum effe de se tam. sub num. 21., & 22. Ioannes And. in cap. praesenti num. 6. & 7. de rescriptis per Philippum Frac. ibidem num. 6. & 7. Iason. consil. 76. nu. 7. lib. 3. hanc sententiam sequantur omnes illi Doctores, quos citauimus supra, ut in secundo capite, afferentes Beneficiatos non acquirere dominium reddituum Ecclesiarum, atque si male expenderint, ad restitutionē teneri. Eiusdem sententiæ videtur, Innocent. in cap. indecorum de etate, & qualitate in fin. vbi tenet, quod Clericus de bonis Ecclesiae tantum accipere potest in suas necessitates, & eorum qui sibi seruiunt. Baldus uero in l. 2. Cod. de Episcopis, & Clericis num. 4. ita scribit: Querit hic Iac.

Buc. utrum Clerici, qui percipiunt 129 fructus beneficiorū dicantur usurarij, uel usurarij, nām si dicis, quod debeant habere solum id, quod est ei necessè sunt usurarij; si uero quod habeant totum, & distribuant residuum sunt usurarij, ut dicit D. Ia. Ego dicerem per hanc legē, quæ tenet medium inter usurarium, & usumfructuarium, nām in percipiendo sunt usurarij, sed in disponendo, & distribuendo rediguntur ad istar. usurarij in sua familiā, per hunc textū Baldi, hanc doctrinam sequitur doctus Petrus Barbosa in l. diuortio, 2. par. sub nu. 53. vers, non obstat, ubi docet, quod Beneficiatus æquiparatur usurarij, quoadmodum acquirendi fructus, & dominium, sed post acquisitionem, longa est differentia, quia, usurarij per perceptionē acquirit dominium liberum fructuum, & idèo ad libitum disponere poterit; Beneficiatus verò restrictum, & limitatum, nec validum. Dicit ex Nauarro beneficium æquiparatur usurarij, ergo sicut ille, ita hic disponere poterit, & ita dicit Barbosa, quod in acquirendo usurarij, in disponendo usurario similis est beneficiatus; sed obseruādum est, quod ipsemet Barbosa in eadem 2. p. arte sub num. 28. vers. sed saluando Speculatorē dixit, quod licet Beneficiati æquiparari solent usurarij, tamen re verà maiore habet potestatem Beneficiatus in fructibus beneficij, quam habeat usurarij.

Didacus Vero Couarruias acutus
Doctor, sicuti Hispani esse solent
130 in cap. cum esses de testam. nu. i.
at Clericum habetem beneficium
nec esse omnino usufructuarium;
nec prorsus usuarium, nam usu-
fructarius potest disponere de
his, quae ex usufructu acquisiuit,
quod non potest Clericus; usuarius
vero nihil praeter usum habet; at
Clericus beneficium ecclesiasticum
Canonico titulo possidet plus iu-
ris habet, quam usuarius, & ideo
concludit Couarr., ibi, quod neutra
opinto ei placet, & inutilem appellat,
et num. 17. distinctionem, et doctrinam
Glosae in d. cap. presenti reiicit
quiem sequitur Rota dec. 5 29. p. 4.
tom. 3. num. 2.

D. Ioannes de Castillo a Sotomaior:
131 Quotidianarum Controversiarum
Paris lib. 1. cap. 5. In hoc articulo, ita
ferribit Deinde; et secundo loco in
contrarium urget, quod predicta de-
finitio, et Clericis conuenire videtur.
Clerici enim habentes beneficia, usu-
fructuarii similes sunt, per textum in
cap. Episcopus 10. q. 2. et in c. Epi-
scopus, et cap. ult. 12. q. 20. Con-
tendit enim illorum iurum constitu-
to, Clericos usufructum suorum be-
neficiorum habere, et fructus tan-
quam stipendiū aliquod, exercen-
dumque sui laboris capere, quod nec
ratione, nec aequitate carere dixit
Duarenus de Sacris Ecclesie Mini-
stris cap. 4. col. 1. vers. dicitur utenda
fol. mihi 1169., et admittit Men-
dez de Castro de annonis ciuilibus
notab. 5. num. 2., et ante omnes do-
cuit Glosa in cap. presenti de offic. or-

dinary in 6., que afferit Clericos in
bona valerudine constitutos usufru-
ctuarios esse in aegritudine vero, a
qua decedunt usuarios tantum; et
illam sequuti sunt quamplures, quos
referunt Couarruias in cap. cum in
officijs de testam. num. 1., Hierony-
mus Cevallos practicarum quest. siue
communium contra communes q. 198.
fol. mihi 284. (alios consulto pre-
termitto ab his enim quos statim re-
feram præcitantur.) Huius tamen
difficultatis solutio pender ex resolu-
tione questionis superioris, in qua ex-
tant diuersae, et contrarie multorum
sententiae, alij enim Clericum in bo-
nis, et redditibus ecclesiasticis usu-
fructuarium; vel usuarium tantum
appellavit, alij fideliter administrato-
rem, aut simplicem dispensatorem es-
se contendunt; alij id iuris dura-
xae tribuunt Clericis, quod a Cano-
nibus expressim sibi conceditur, alij
vero dominos esse Clericos beneficij, et
et reddituum Ecclesiasticonum af-
firmant; ita ut certa ex eis sententia
suum non possit, ut contendit Couar-
ruias ubi supra numer. 1. et con-
stat ex his, que in hac questione scri-
pserunt D. Thomas, Soius, Ledesma,
Adrianus, et Caetanus ubi infra
Abbo in cap. cum esses num. 2 r. de
rest Barbatia in cap. venerabile de
off. delegat. col. 10. Sarmientus de red-
ditibus Ecclesiasticis 3. p. cap. 1. n. 3.
et 4. et 4. part. cap. 6. per totum
Nauarr. in Apologia de redditibus
quest. 1. monit. 24. num. 12. et mo-
nit. 35. et 38. num. 6. Menchaca de
success. creat. lib. 3. § 22. nu. 4. Gu-
lielmus Benedictus in c. Rainutius

de testamento verbo, & uxorem nomine Adelasiam in principio n. 165. & 166., Ioannes Gutierrez pract. lib. 2. quest. 114. à nu. 4. & nu. 10. Ioannes de Matteizo in l. 13. tit. 8. lib. 5. nouae recopilationis, Glosa 1. Michael Crassus receptarum sententiarnim, §. testamentum q. 34. num. 9. in fine Spino in speculo Glos. rub. p. 14. nu. 5. 6. & 14. Petrus Gregorius in syntagm. iuris lib. 4. c. 3. n. 8. 1. par. Molina, è Socieitate Iesu Religiosus de iustit. & iur. tractat. 2. disp. 242. per totam fol. mihi 786., Hieronymus de Ceualllos comm. contra comm. q. 198. & q. 388. utcunque tamen sit, quo ad nos actinet seuerè affirmari potest, superiorem definitionem usus fructus, Clerico minime conuenire, vel quia sit verus Dominus fructum, & redditum Ecclesiasticorum; quamvis cum modos & onere expendendi in certos, & probatos usus, quod probabile est, & optimè defendit Franciscus Sarmientus ubi supra, Molina d. disp. 143. in principio, versic. contraria tamen sententia fol. mihi 786., ubi dicit, idem affirmare Sotum, Ledesmum, Adrtanum, D. Thomam, & Caetanum in locis ibi relatis, Ceuall. d. q. 388. num. 52., uel quia Clerico in redditibus Ecclesiasticis concessa siue statuta aliqua sunt, quæ usufructuario minime conueniunt; alia autem denegata, quæ usufructuario liberè conceduntur, & ut generaliter dixerim, quatenus ad distributionem pertinet, cum beneficiarius multò minus possit, quam usufructarius; enim uero usufructarius omnes fructus

indistinctè suos facit ad libitum, quia disponere potest de his, quæ ex usufructu acquisiuit: quod non potest Clericus, utpote cum ilius potestas, aut facultas disponendi restricta sit certis modis à Iure, ut constat ex omnibus numero precedenti relatis, & cum iudicio declarant Couarrujas, & Hieronym. ubi sup. Barb. 2. par. l. diuortio nu. 53. vers. non valeat igitur ff. sol. mat., qui post alios ibi relativos recte probat, Beneficiatum male equiparari usufructuario: usuarii vero equiparari non posse certum est, & concluditur, probat Couar. ubi supra d. num. 1., Clericus enim beneficium Ecclesiasticum obtinendo in percipiendis, & lucrando fructibus plus iuris habet, quam usuarius, licet enim certis, à iureque determinatis modis, teneatur illos consumere, omnes tamen fructus ex beneficio perceptos, suos facit, usuarius vero nihil preter usum habet. Hæc Castillus de Sotomaior.

D. Franciscus Sarmiento de redditibus Ecclesiasticis par. 4. cap. 6. nu. 4. scribit; quod dominium rerum Episcopatus, & beneficij, apud Ecclesiā, vacante Sede, vel beneficio est; Episcopo tamen Canonicè instituto, uel beneficio collato Clerico, dominium apud eos residebit earum rerum, quæ mensa sua sunt destinata, & ita non usufructarius formalis, & sic iure seruitutis, uelut usuarius, sed causalis iure dominij, & dominij dicendus Clericus est, si enim usufructarius esset dominus non esset; Ac Sarmientus acriter inuchitur cōtra Barbarium, cuius verba ibidem refert, &

sta-

statim subiungit licet nescio, quo iudicio Barbat. in d. cap. fin. de pecul. Cler. ante penult. col. num. 13. in fine per contrarium argumentum, maxime cum ordine, quod Doctores id non sint asequuti, cum enim prius dixisset usumfructum partem dominij esse, et ubicumque alicui denegatur totum, denegari, et quamlibet partem totius, subiungit; sequitur necessario, quod si non sunt domini rerum Ecclesiae, quod non sunt usufructuarij, quia in partem dicerentur domini, quod omnino prohibet textus in c. 2. Et simul, et indubitanter ista ratio evertit in totum fundamenteum Hostiensis, et Ioh. Andree, nescio uidere, quomodo tantum laborauerint profundissima ingenia tantorum Patrum afferentium, Clericos usufructuarios esse, aut similes usufructuario, haec sunt verba Barbae. Cuius modum argumentandi, cum non intellexisset Paulus Iuris Consultus in l. recte dicimus, ff. de uerbor. significatione, ita inquit, recte dicimus, eum fundam totum nostrum esse, etiam cuius ususfructus alienus est, quia ususfructus non dominij pars, sed seruitutis sit, ut uia, et iter; nec Aristotiles, qui lib. 6. politic. cap. 6. loquendo de Iudice, qui petitis uiginti ministrorum absoluerit, inquit non enim cum absoluit, nihil debere iudicat, sed uiginti minus non deberi; nec Paulus Iuris Consultus in l. mortuo bove, ff. de legatis 2. et in l. plura legata circa finem, ff. de legatis 3. ex quibus et in partibus quotitatiuis, et in partibus integralibus male argumentari Barbat. apparet, et in terminis

usufructus, et proprietatis contrario modo argumetur Iuris Consultus Julianus in l. si cum testamētum, §. si fundum meum, ff. de exceptione rei iudicatae, ubi inquit textus, quoniam postquam natus sum proprietatem fundi, desinit meus esse prior ususfructus, et iure proprietatis quasi ex noua causa meus esse capit. ex quo textu apparet esse bonam consequitionem, est usufructuarius; ergo non est dominus, contrariū Barbarij collectioni, et est etiam expressum in l. cum in fundo, ff. de iure dotium; sed haec longiorem disquisitionem requirerent, cum illi Aristotelis sententiae ex diametro pugnare uideatur Vlp. responsum in l. si quis cum totum decep. rei iudicatae. Hæc, &c alia, Sarmientus ibi.

Hæc sunt, quæ vidi in hac quæstione, quid verò ego sentio, liberè pan-
133 dam. in primis considero, quod in substantia non multum dilconueniunt Doctores, si primæ enim sententiæ Doctores, qui usufructuarium appellant beneficiatum, & etiam illi, qui dominium acquirere afferunt, etiam fatentur non liberè posse disponere de bonis ecclesiasticis, sed ad proprium usum, & suorum, superfluos verò redditus in pios usus erogandos in pauperum alimoniam, quod etiam concedunt Doctores secundæ sententiæ, qui affirmant posse accipere de bonis ecclesiasticis pro se, & suis, ac etiam pro remuneratione servitorum, iuxta c. relatum 2. de test. vt recte Innocent. in d. c. inde eorum in fine, ac utriusque sententiæ sectatores ad-

admittunt ecclesiasticos abutendo ecclesiasticis redditibus peccare, & puniri posse; differentia vero preicipua consistit, an teneantur in causa abusionis, restituere, sed in quantum ad titulum acquisitionis, scilicet an titulo usufructuarij, an vero usuarij, parum refert.

Sed Dominos appellandos esse beneficiatos, expressè sentit *Glosa* in cap. duo sunt 12. q. 1. in verb. proprietatem, vbi sic scribit proprietatem rerum ecclesiasticarum; tamen bene concedendum est, quod Clericus sit Dominus fructuum collectorum; scilicet proprietas fructuum sua sit, tamen non potest eam in morte eius aliqui largiri ratione testamenti, sed intuitu elemosynæ sic, ut extra de test. ad hæc, sicut heres licet sit dominus rerum, quas tenetur per fidicommisum restituere, alij tamen nihil potest inde alienare, ff. ad T. reb. deduta §. ultimo, & l. quidem §. si quis. Hec Glosa illa, quæ equiparat Clericum fidicommisario, qui verè dominus appellatur rerum, quas tenetur in morte restituere ad textū in l. non ideo minus, ff. de rei vendicat. vbi dicit Vlpianus, quod recte quid nostrū esse vindicamus, quod abire à nobis dominium speratur, si conditio legati, vel libertatis sterterit.

Neque contra sententiam hanc Glosæ, obstat, si obiciatur quod beneficiatus, siue Episcopus liberam 135 non habeat facultatem disponendi de redditibus beneficij, siue episcopatus, & quod de superfluis teneatur ad erogationem in piis

usu, & alimoniam pauperum, quia benè ad hæc respondet Sarmientus, loco nuper citato num. 11. nam neque pupillus, neque furiosus, neque fideicommissarius, neque maritus, possunt alienare bona propria, siue dotalia siue subiecta fideicommissio. Et tamen veri sunt dominij rerum, & fructuum, benè enim potest stare dominium cum prohibitione alienationis, vt constat ex Institut. lib. 2. tit. 8. quibus alienare dicit, vel non; dicit ibi Iustinianus. Accidit aliquando, vt qui dominus rei sit, alienare non possit; exemplificat textus in marito; nam dotale prædium subdit maritus in vita muliere per legem Iuliam, prohibetur alienare, quamvis sit dotis causa datum, &c. In iure nostro non est validum argumentum, non potest alienare, ergo non est dominus, quamvis Theologi aliter philosophentur: Neque obligatione erogandi superflua in usus piis, facit, quin sit verus dominus, beneficiatus, vel Episcopus nam quoque maritus, cum sit verus dominus dotis, tamen substatet onera matrimonialia, & tenetur ad alimentandam familiam, vt discurrat idem Sarmientus; ideo dominium limitatum habere beneficium, vt supra notauimus dicunt Doctores, quod vero non transferat ad posteros nec possit testari de his fructibus; prouenit ex eo quia morte extinguitur titulus, quo percipiebat fructus, & extincto titulo, non est modus proportionatus transferendi fructus ad posteros, nec possunt

sunt testari de his fructibus. Quod verò Episcopi à Sacris Canonibus vocitentur dispensatores, & administratores, hoc intelligi potest de illis redditibus, & fructibus, qui nō sunt appropriati eorum mensē, sed Ecclesiæ, vel aliorum piorum locorum proprij sunt, vt non obscurè insinuauit Sanctus Thomas in loco sèpè citat. 2.2.q.185.art.7. & explicat Sarmient. d. cap.6. nu. 12. ad quem remitto Lectorem.

Glosæ sententiam; atque beneficiatos dominos appellandos, reddituum 136 beneficiorum expressè tenet insignis Canonista Franciscus Cardinalis Zabarella in cap. fin. de peculio Clericorum à num. 7. cum sequentia num. 8. Ità dicit. Sic in simili dico, quod Prelati babent liberam dispositionem de fructibus beneficij, & plus dico, quod sunt Domini fructuum de Clericis non residentibus, cap. uno in fine, lib. 6. ac etiam idem Cardinalis Zabarella sub num. 11., tenet, quod Clerici beneficiatos sint domini fructuum, nulla adhibita distinctione inter beneficiatos cù administratione, & sine administratione, & quod illa distinctione procedit, quoad aliud, scilicet cum queritur de acquisitis per Clericū, cuius intuitu præsumantur acquisita, sed quando potestatem dispéndandi fructus, nulla est differentia inter prædictos, sed generaliter censentur domini fructuum. Et sub num. 12. docet, quod Clerici non sunt simplices Procuratores, & in num. 13. ait, quod absurdum est ita restringere potestatem Clericorum ut

videantur nudi Ministri, nam per hoc surgerent lites, & multi retraherentur à beneficij, & à Clero si putarent non posse aliquid in amicos, vel propinquos ex fructibus beneficij erogare, qui tamen alias sunt utiles beneficij, & ea magnificant, & etiam in foro conscientiae videtur tutè posse beneficiatos elargiri de fructibus beneficij, dummodo per hoc nō omittant hospitalitatem, & elemosynas concedentis, & alia, quæ de iure tenentur, hęc Cardinalis Zabarella 161.

Certum quippè eos omnes beneficia- 137 tos, & Episcopos eorum quæ acquirunt, vel ratione officij, siue ex distributionibus quotidianis, veros dominos appellandos esse: neque quoad hęc alicui oneri subiectos præter illud, ad quod cæteri fideles tenentur; & ad suos hæredes transmittere, siue ex testamento, siue ab intestato. Ferrentillus ad Buractum decis. 852. num. 8. vbi multos citat, sicuti veros dominos appellandos censco earum rerum, quæ empta fuerunt ex fructibus propriæ portionis. Reduanus de spolijs Clericorum, quest. 3. §. & in hac materia, à num. 13. & propriè num. 24. Azor. de spol. Cler. cap. 3. q. 5. Barbosa in l. diuortio, 2. parte num. 65.

Hactenū ex diuersis Doctoribus adducta, cumulata fuerunt à me plurimis annis prius quam ad Summum Apicem Apostolatus assumeretur Sæcundissimus Dominus noster Innocētius Papa XI. cuius ius suu Sacra Cōgregati onegotijs Episcoporum, & Regularium preposita,

sita, circularē litteram scripsit Episcopis die quinta Februarij 1678. in qua inter alia ita dicitur: *Si ricordino, che delle rendite delle Chiese non sono padroni, mà semplici amministratori, e che con esse detratta la sostentatione de' Vescovi, non hanno che fare li lor parenti, ne conuertirsi in usi profani, mà impiegarsi in solleuo de' poueri, e di luoghi pii, a quali sono douute.* Ex hac litera Sacr. Cōgregationis clarē appetet Episcopos, & beneficiatos non esse dominos reddituum ecclesiasticorū. Sed an hēc litera inducat plenam declarationem, & legem relinquat Lectoribus cogitandum.

CAPVT IV.

Vnde oriatur obligatio Episcorum, & aliorum ecclesiasticorum erogandi superflua, quæ colligunt ex redditibus ecclesiasticis in pios usus, alimoniam pauperum ex natura ipsorum bonorum; an verò ex propria eorum persona.

S V M M A R I V M.

Obligatio expendendi superflua ex redditibus ecclesiasticis recepta, quod oriatur ex intentione dantium bona nō admittitur à Cardinale de Lugo num. 1. & 2.

Obligatio hæc erogandi superflua neque oritur ex statu personarum ecclesiasticarum nu. 3. & 4.

Sotus, Lessius, & Azorius tenent talem obligationem oriri ex precepto ecclesiastico num. 5.

Hanc sententiam quoque confutat Cardinalis de Lugo nu. 6. 7. & 8.

Cardinalis de Lugo, et Vasquez docent Beneficiatorum obligationem expendendi superflua in pios usus oriri ex iure naturæ nu. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. & 22.

Totum fundamētum Cardinalis de Lugo est in natura bonorum ecclesiasticorum, ex qua inferri potest facile ad obligationem iustitiæ num. 23. 24. 25. & 26.

Præceptum ecclesiasticum expēndendi superflua in pios usus est clarum contrà Lugo num. 27.

Sententiam Cardinalis de Lugo refellit Hurtadus n. 28. 29. 30. 31. 32. 33. & 34.

Etiam si Beneficiatus teneatur ex iustitia superflua erogare, accipiens non tenetur restituere nu. 35.

Ecclesiastici tenentur erogare superflua in pios usus præcepto ecclesiastico inducto ex qualitate bonorum nu. 36. & 37.

Bonorum qualitas fuit causa præcepti, non verò est ipsum præceptum n. 38.

In qualibet lege, ut iusta sit requiritur causa, scè ratio nu. 39.

Causa non tam stringit sicuti authoritas præcipientis num. 40.

Vnde oriatur obligatio in legibus n. 41.

Lex obligat ex supposita voluntate præcipientis nu. 42.

Causa absque potestate non stringit nu. 43.

Bonorum ecclesiasticorum cōditio defuit pro causa præcepti n. 44.

Legislator habuit oculos ad qualitatem bo-

bonorum num. 45.

In legibus quatuor causa n. 46.

*Qualitas bonorum in causa fuit praci-
piendi ut superflua in pios vertā-
tur usus, obligatio vero ita obser-
uandi ex præcepto Ecclesiastico
num. 47.*



*Ardinalis de Lu-
go de iustit. disp.
4. sect. 2. per to-
tam tractat dif-
fusissimè hanc
quæstionem, &*

*1 primò ponit sententiam illorum,
qui existauerunt, hanc obligatio-
nem proficiisci ex eo, quod ij, qui
talia bona obtulerunt, hanc ha-
buerunt intentionem, ut scilicet
2 superfluum ad pia opera deserui-
ret: sed benè replicat eruditus, &
Purpuratus Doctor, argumentum
hoc probare, Episcopos, & Bene-
ficiatos ex iustitia teneri ad restitu-
tionem in casu cōtrario talis ero-
gationis. Si enim intendit donator
obligare Clericos ad ita expenden-
dum, obligare eos intendit ex iu-
stitia, cum non possit ex obedien-
tia, quia inferior est qui dat, neque
ex fidelitate; nam Clerici nihil pro-
mittūt; Si autem cum hac sola spe
dederit, ex hoc desiderio nulla ori-
tur obligatio grauis in recipiente,
ut expendat iuxta specim, & deside-
rium dantis, ex hoc desiderio nul-
lum oritur præceptum, & volun-
tas in mente retenta nihil opera-
tur.*

*Secundam ponit opinionem illorum,
3 qui existauerunt hanc obliga-*

*tionem oriri ex statu perfectionis,
quam in Ecclesia sustinent Episco-
pi, & Clerici; hanc vero rationem
debilem existimat Cardinalis de
Lugo ad tantam obligationem in-
ducendā, & tantum probare, quod
plus debet erogare ecclesiasticus,
quam laicus, & ex illa obligare-
tur etiam simplex Sacerdos, qui
nullum beneficium possidet.*

*Tertiam ponit sententiā illorum, qui
5 hanc obligationem referūt ad præ-
ceptum ecclesiasticum positivum,
Clericis Beneficiatis, & Episcopis
impositum. citat pro hac sententia
*Sotum de iustit. loc. cit. art. 3. & Les-
sium etiam loco cit. n. 47. & ego ad-
do etiam Azorium loco cit. & hoc
difficile reputat Lugo: primò quia
non facile appetere ius positivum, ex
quo solo hoc præceptum colligatur, &
quidem etiam ante Concilium Tri-
dentinum omnes totam obligationem
concedebarant. Secundò quia si solum
oritur ex præcepto ecclesiae, posset Pa-
pa dispensare saltem validè, & sic
dispensatus posset iam licite expen-
dere redditus sui Episcopatus in ve-
natione, ludo, conuiuijs, quæ per se fe-
runt grauem turpitudinem, & graue-
scadulum. Tertio quia posset hęc obli-
gatio contraria consuetudine auferri,
sic potest consuetudo cōtrā alia præ-
cepta merē humana legitimè prescri-
bi. Quarto in ipsis bonis appetere il-
la turpitude, si profanè expendantur,
quia res Dei sunt.**

*Ipse tamen Cardinalis de Lugo n. 16.
6 existimat, hanc obligationem non
solum ex iure humano, sed ex iure
naturæ proficiisci; sic enim ait: Exi-
sti-*

stimo ergò hanc obligationem non esse
solum ex iure humano, sed etiam
ex iure naturæ, quod quidem Pater
Vasquez dict. capit. 4. de eleemo-
syn. num. 12. dicit ab omnibus con-
cedi, nec ab ullo, quem legisset id ne-
gari, sed re verà id negavit Lessius
supra adductus, & alij, quos afferit
Sanchez d.lib. 2. conf. c. 2. dub. 40.
Hæc autem naturalis obligatio non
10 tam videtur esse eleemosynæ facien-
dæ, quam prohibitio dissipationis, ut
motauit bene Vasquez ubi supra
num. 14. orea non tam ex conditione
personæ, quam ex qualitate, & con-
11 ditione ipsorum bonorum, quia nimi-
rum, ut dixit Tridentinum res Dei
sunt: sicuti enim hæc bona, vel obla-
tiones fidelium, vel empta ex ijs obla-
tionibus, ut quando Ecclesia ex suis
reddibibus emit de novo aliquod pre-
dium, quæ omnia erant quidem in
dominio Ecclesie, cui à fidelibus sim-
pliciter dantur, & afferuntur qui
Deo volūt sua bona afferre in remis-
12 sionem suorum peccatorū, & in Dei
cultum; Ideo enim Sacerdotes dicun-
tur peccata Populi comedere Ose. 4.
quia comedūt ea, quæ pro peccatis of-
feruntur Deo; quia nimirū Deus
visibiliter non potest audiri, nec suis
rebus indigeret: Ideo quæ Deo offeren-
13 da erant offeruntur Ecclesie, cui, quæ
offeruntur, cedunt in Dei cultum,
obsequium, & gloriam; quamuis er-
gò Ecclesia acquirat verè dominium
earum rerum, quæ ipsi absolute, &
absque ullo pacto, & conditione of-
feruntur, & validè possit de illis ad
quemcumque usu expendere, & di-
sponere; ipsa tamen bonorum condi-

14 tio, & qualitas facit, quod indeces;
et turpe sit ea expendere aliter quam
in res pias, & Deo grata; sic que ali-
quis ob Dei cultum, & peccatorum
suorum premium consecrat Deo in ali-
quo Monasterio, vel denaria argen-
tea, vel aurea, que alicui imagini,
vel Cappellæ B. Virginis, aut alte-
15 rius Sancti voti causa consecratur,
licet cedant in dominium absolutum
Monasterij, vel Cappellæ; turpe ta-
men esset si Monachi, vel ij, ad quos
pertinet Cappella spenderent bona
illi in ludos, coniuia, venationes,
16 vel in alia profana: esset enim irre-
uerentia maxima in Deum, vel in
Sanctos, quorum quasi nomine illa
acceptantur, & expenduntur; nam
qui eiusmodi bona Dei consecrāt, vel
Sanctis, volunt quantum ex se Deo,
vel Sanctis illa dare, quod quia non
17 possunt facere ob defectum cōiunctus,
& commercij cum illis: Ideo dant ijs,
qui in terra sunt quasi eorum procu-
ratores, & Vicarij, qui ea accipiunt,
in suum quidem dominium absolu-
tum, quia nec ipsi habere possunt com-
merciū cum Deo, & Sanctis, ut in
ipso dominium transferant, sed ta-
men accipiunt cum obligatione inhi-
18 bira in tali modo accipiendi, ut non
ea expendant, nisi eo modo, quo ex-
penderent, si verè essent Dei, & San-
ctorum procuratores, hoc est in eos
vsus, qui res sibi consecratas expen-
dere; debent enim eorum genium imi-
tar in eo usu, quorum locū, & per-
sonam representant in acceptandis,
& ex pendendis eiusmodi bonis, con-
trà quam obligationem grauiter pec-
cant, si indecenter, & profanè res il-

las Deo; & Sanctis consecratas in
alios usus expendant, & conuertat,
& hæc videtur esse præcipua turpi-
tudo illius actionis, quam illo brevis-
fimo verbo explicauit Tridentinum,
dum dixit, non posse consanguineis,
vel familiaribus dari, quia res Dei
sunt, hoc est, quod non aliter expen-
20 denda, quam si vere, & propriè es-
sent solius Dei, & ab eius Procura-
tore taxta veri Domini intentionem
expendenda essent; Hinc ait Cardi-
nalis de Lugo oriatur potissimum obli-
gatio Episcopi, & cuiuslibet Benefi-
21 ciarij expendendi pie, ac religiosè
quod sibi superest ex ijs redditibus,
quia Ecclesia, quæ illorum dominiū
bonorum habebat diuisione facta in-
ter Episcopum, & Clerum translu-
lit in illos ius quod, & quale ipsa ha-
bebat ad illa bona expendenda; ius
22 autem illud erat quidem sufficiens
ad validè nedum licite expendenda
nisi in pios, & religiosos usus; ergò
eamdem obligationem habet Episco-
pus, & Clerus, in quos ius illud ab
Ecclesia translatum est, nec maiorem
liberatem habent circa usum eorum
bonorum, quam ipsa Ecclesia habui-
set. Hæc de Lugo, &c.

Si non fallor Cardinalis de Lugo to-
23 tale fundamentum huius obliga-
tionis ponit, in eo scilicet, quia
natura bonorum ecclesiasticorum
ea est, ut pie expendantur; ergò
clarè sequitur, quod obligatio Epi-
scoporum, & Beneficiorum ex-
pendendi, quod superest in tales
pios usus oriatur ex natura rei: &
hinc facile inferri potest ad obliga-
tionem iustitiae, ac restitutionem

in casu contrario; nam si id expo-
scit natura rerum ecclesiasticarū,
& illis est annexa hæc qualitas in-
24 trinseca, estque onus insitum
rei, Episcopus, & Beneficiatus non
possunt mutare hanc eorum con-
ditionem, & aliter disponendo, di-
sponunt contrà eorum naturam
intrinsecam, & non solum peccat,
verum ad restituendum tenentur,
quia faciunt, & disponunt contrà
propriam naturam intrinsecam ta-
lium bonorum, quæ exposcit, ut
itâ expendantur, & non aliter, nec
alias, nec alio modo. Semper enim
quod huiusmodi onus expenden-
di superfluum in pios usus assigna-
mus dumtaxat ad naturam bono-
rum ecclesiasticorum, facile argu-
mentari potest, & probari incle-
Episcopis, & Beneficiatis obliga-
tionem restituendi in casu contra-
rio: quia si natura horum bonorū
ita exposcit, tenentur Episcopi itâ
25 expédere, & si nō faciūt restituere
debēt; quia aliter quā natura dicto-
rū bonorū exposcit disponūt, quod
omnino non possunt facere, nec
tollere onus infixum rei, & potest
applicari illud axioma: Res sem-
per clamant ad Dominum: ista bo-
na sunt appropriata ex eorum na-
tura ad pios usus; ergò clamant ad
hunc usum. Indè cum aliter appli-
cantur, consurgit obligatio resti-
tutionis, quia contrà propriā na-
26 turam applicata fuerunt; sicuti
obligatio restituēdi bona furto su-
blata oriatur ex ipsa natura rei su-
blatæ, quæ obligat accipientem ad
ipsam restituendam.

Di-

Dicit etiam Cardinalis de Lugo, quod
præceptum ecclesiasticum in hac re-
non apparet tam lucidum ante Tri-
27 dentinum, ante quod obligabat om-
nes ecclesiasticos ad ita expendendū,
sed parcat mihi purpuratus Au-
thor, quia hoc preceptum ante di-
ctum Tridentinum fuit latum tūm
legibus ecclesiasticjs, tūm obserua-
tia, & consuetudine inductum; iu-
re enim scripto, & non scripto uti-
mur, & Paulus Apostolus dicit:
Tenete traditiones, quas didici-
stis, & latè demonstrauit in tract.
de Vera Resident. cap. 4., & ne hic
repetam quæ ibi scripti, ibidem re-
mitto benignum Lectorem. Hanc
28 etiam Cardinalis de Lugo ratio-
nem, & sententiam refellit acutus
Thomas Hurtado post scripta vi-
sus in sāpē allegata *resol. 1.n. 156.*
sed alio motiuo, seu ratione; Itā
enim scribit Hurtadus. Plausibilis
quidem ratio, & satis consequen-
ter excogitata ad suam sententiam
affirmantem Beneficiatos esse ve-
ros Dominos suorum reddituum,
peccaretamen mortaliter si super-
flua in vsus profanos expendant,
sed habeo, quo hanc solutionem
refellam; continet enim (ni fallor)
inter se pugnantia, quia bona ista
29 ex sua institutione, & natura eo
ipso, quod sacra sunt exigunt, &
postulant, vt subsidio pauperum,
& pietati subserviant; atque sunt
Sacra, quia Deo conseruantur, &
in eius excellētiā protestandam,
& venerandam, fideles bonorum
suorum abdicant dominiū, & Deo
transferunt, & offerunt. Vnde non

, solū res, sed rerum dominium
, Deo, & Sanctis eius offertur, sa-
, craturque: Vnde tam res oblatæ,
30 quam earum dominium sunt Dei
,, speciali titulo magis, quam ante
,, istam oblationem erant, vt supra
,, §. 5. monstrabam: & quamuis do-
,, minium ciuale, & posituum sit
,, apud Ecclesiam visibilem, tamen
,, non est absolutum, & liberum, sed
31 subiunctum illi speciali dominio
,, Dei, vt excellentis, quod acquisi-
,, uit ex vi oblationis fidelium, & sic
,, Ecclesia nequit utens dominio vi-
,, sibili (vt sic loquar) & politico va-
,, lidè expēdere res Dei in vsus pro-
,, fano, aufert enim res alienas inui-
,, to Altissimo, & Excellentissimo
,, Domino, cuius tamquā vera pro-
,, curatrix, & dispensatrix oblatio-
,, nes, & donationes Deo factas, &
32 Ecclesiæ propter Deum acceptat,
,, quia vi tores cum Deo commer-
,, cium posituum non habemus, sed
,, cum Ecclesia, quæ nomine Dei, &
,, Christi commerciatur, & tractat
,, eius patrimoniū, sed taliter, quod
,, negotium Dei gerat, & de negotijs
,, ita gestis, & Sanctorum rationem
,, reddere debet Ecclesia visibilis, cu-
33 ius caput est Sūmus Pontifex, ne-
,, dūm quilibet aliis Episcopus in-
,, ferior, & Beneficiarius: quare ne-
,, que iste, neque Papa potest sine iu-
,, sta causa auferre Deo titulum spe-
,, ciale, quo res Ecclesiæ dicuntur
,, res Dei. Quod si auferantur tenen-
,, tur restituere, quia inualidè abstu-
,, lerunt redditus Ecclesiæ in profa-
,, nos vsus distrahentes; non secūs,
34 ac si Pontifex sine causa dispensem
in

„ in voto cæstitatis, in ualidè dispen-
 „ sat, & dispensatus nō manet tutus
 „ in cōscientia, quia in ualidè colla-
 „ tus est specialis ille titulus, quem
 „ vounens ipsi dedit ex vi voti facti:
 „ ità si Papa, vel quilibet aliis red-
 „ ditus Ecclesiæ in profanos usus di-
 „ stribuat, auferit in ualidè à Deo ti-
 „ tulum, quē acquisiuit, ex eo quod
 „ res propter oblationes fidelium sunt
 „ factæ res Dei, & patrimonium Chri-
 „ sti, quæ subsidio pauperum, & pie-
 „ tati subuenire debent ex vi huius
 „ tituli: quare tām distribuens, quam
 „ recipiens sunt in statu damnatio-
 „ nis, quo usque res istæ Dei, & pa-
 „ trimonia Christi deferantur, resti-
 „ tuuntur subijciantur: Hæc, & alia

Thomas Hurtado: attamen respō-
 sio ad hanc doctrinam patet abun-
 dè ex dictis; certè verò etiam, quod

35 Episcopus, vel quilibet Beneficia-
 tus ex iustitia teneretur erogare in
 pios usus, & in pauperum alimoniam
 superfluos redditus, & si secùs fa-
 ciat ad restitutionem obligatur; at-
 tamen cōmunius, & multi Docto-
 res, qui hanc sententiam sectati
 sunt, non obligauerunt accipientē
 ad restituendum, sed Episcopum,
 & Beneficiatum tantum, vt ipsos
 videre est.

Quid ergò dicendum est in huiusmo-
 di dubio principali? Existimare di-
 cendum sub omnium censura, Epi-

36 scopos, cæterosque ecclesiasticos,
 qui redditus ecclesiasticos possi-
 dent, teneri elargiri, quod supereft
 vlrà eorum necessariam, & licitā
 substantiationem iuxta qualitatem
 personæ, & status in pios usus, seù

pauperum alimoniam præcepto ec-
 clesiastico, seù iure positivo ecclæ-
 siastico; Ius autem ecclesiasticum
 ad id statuēdum inductum fuit ex
 qualitate bonorum ecclesiasticorū
 ità quod bona ecclesiastica sint
 pretia peccatorum, sint Dei, quod
 cum ista spe, & desiderio sint data

37 à fidelibus Ecclesiæ fuit causa præ-
 cepti, non verò præceptum ipsum.

Summi enim Pontifex, Sanctique
 Patres considerantes qualitatem
 bonorum ecclesiasticorum, inten-
 tionemque fidelium moti fuerunt
 iustè ad hoc præcipiendum, & ob-
 seruandum in Ecclesia, vt scilicet

38 ità bona essent expendenda: Fuit
 igitur causa legis bonorum condi-
 tio, non verò ipsa lex; in qualibet
 enim lege, vt iusta sit, requiritur
 causa, seù ratio, quæ dicitur anima-

39 legis iuxta doctrinam S.Tho. p.2.
 q.90. art.3. Quare præceptum ec-

clesiasticum fuit fundatum in illa
 bonorum qualitate, siue in tacita
 voluntate fidelium, quod pro ra-
 tione deseruiuit in præcepto. Si
 enim ad has circumstantias dum-
 taxat intendamus, naturæ quasi iu-

40 re ecclesiasticos ad id teneri dice-
 mus, ex qualitate nēpè bonorū: at
 causa nō tām stringit, sicuti autho-
 ritas præcipientis, qui ex causa, seù
 ratione mouetur: obligationē enim

41 in legibus vnde nascatur oportet
 reminisci, an scilicet potius ex
 causa, seù ratione, an verò ex au-
 thoritate illas ferentis, & quis di-
 xerit totam suam vim leges ex cau-
 sa trahere, non ex legislatoris au-
 thoritate; siue enim lex sit actus
 in-

intellectus , siue voluntatis , siue vtriusque , vt videre est Suarez de legibus lib. I. cap. 5 . Baldellum eo. I . lib. 5 . disp. 2 . de legibus . Illud certum est , quod voluntas , supposita potestate , inducit obligationis effectum ,
 42 & per hoc lex à Concilio differt Suarez d. lib. I. cap. 14 . nu. 4 . de legibus , Baldellus dict. lib. 5 . disp. 19 . num. I . Et alij ; definitur enim lex , vt sit ordinatio rationis ad bonum commune ab eo , qui habet potestatē . Suarez de legibus lib. I . Baldellus d. lib. 5 . disp. 2 . num. I . indē communiter asserunt Doctores , quod ratio , seū causa absque po-
 43 testate , & authoritate nullam pro-
ducit vim , seū obligationem coa-
ctiuam ; est enim ratio , seū causa
velut pactum nudū , quod nisi ve-
stiatur stipulatione , nullam gignit
obligationem : sic causa nisi autho-
ritate corroboretur , nullam parit
vim coercendi , seū obligandi . Bonorum ergò illa qualitas decētiam quandam , & quasi obligationem .
 44 naturalem piè expendendi continebat , sed illa non erat per se suf-
ficiens ad obligandos tām strictē ecclesiasticos ad itā obseruandum , sicuti obligat nūc , supposito eccle-
siastico præcepto , quo ligatur eni-
xē ad talem erogationem : Autho-
ritas quippē legislatoris illa fuit ,
quæ talem , & tantam posuit obli-
gationem ; Sed legislator habuit oculos ad naturam , & qualitatem
 45 bonorū ; sequitur ergò , quod obli-
gatio illa nascitur ex natura bonorum , tanquam ex causa materiali ; ex autoritate tamen , quæ est in-

Ecclesia tanquam à causa efficiē-
 46 te : in lege enim (sicuti in quoli-
bet composito) adest causa efficiēs , formalis , materialis , & finalis Suarez de legibus lib. I . cap. 13 . per tot . Efficiens est in casu nostro autho-
ritas Ecclesiæ , formalis conceptus verborū , cum quibus fuit lex pro-
mulgata , materialis conditio , &
natura bonorum ecclesiasticorum ; finalis verò Dei cultus , subditorū probitas , finisque intentus ab elar-
gitoribus . Et quia materia præce-
pti grauis est , ideo præceptum hoc ecclesiasticum strictē , grauiterque obligat in conscientia ad tradita communiter per Doctores de hac rescribentes . Omissis alijs ex con-
dicto , Layman lib. I . tract. 4 . de legibus cap. 19 . in principio ; atque ideo censeo , quod qualitas , seū cō-
ditio bonorum fuit in causa præ-
cepti , & obseruantiae à primordio
 47 Ecclesiæ introductæ ; obligatio ve-
rò itā strictē obseruandi ex præce-
pto , seū ex autoritate Pōtificum , qui itā mandauerunt , siue ex ob-
seruantia , quæ à primordio Eccle-
siæ inconcusse inoleuit : dicit enim Paulus Apostolus nihil intulimus in hunc mundum habentes vicuum , et regnum , his contenti su-
mus .

Post scripta vidi doctissimum Ga-
brielem Vasquez in opusc. de ele-
mosyna cap. 4 . ubi num. 8 . proposi-
to dubio , qua ratione ecclesiasticæ personæ teneantur ad eleemosynas ex superfluo status , & decentię , sub
num. 15 . itā scribit : unde hac obli-
gatio non tām est eleemosyna quam
sit .

fit prohibitio dissipationis, hec autem obligatio non tantum prouenit ex status personæ, sed ratione status personæ, & ratione bonorum, & reddituum: non enim decet Episcopum qui pietatis, & misericordie piter est ex bonis in suam sustentationem assignatis, vel luxuriari, vel alios dicare etiam consanguineos, quod tamen posset de suo patrimonio efficere, si quidem illud totum donare posset cōsanguineis, vel anuicis etiam diuitibus. Unde ratione status, & ratione personæ ad id tenetur. Neque vero tantum illi hoc precepto prohibetur prodigalitas, quia si hoc tantum prohiberetur non argueretur peccati qui dicaret consanguineos, ut altiorum statum mutarent; illa enim prodigalitas non est: ratione ergo prædicta tenetur superfluum, non tantum in bona opera, sed in pia erogare, et cum non sunt necessitates urgentes, non tenetur in hac, vel illa opera, vel eleemosynas erogare superfluum, sed in qua voluerit potest; cum vero sunt urgentes necessitates illas tenetur subleuare. Hæc ille.

'Aduertat tamen benignus Lector, quod ego hic non loquor, quo iure ecclesiastici teneantur ad eleemosynæ erogationem, quia de hac re alibi tractavi, sed qua ratione teneantur ad erogationem superflui eius, quod superest ex redditibus ecclesiasticis, quod est diuersum, &c.

C A P V T . V.

Quid nomine pauperum, locoru piorum, in quos redditus ecclesiastici

redundantes erogandi sunt, intelligatur.

S V M M A R I V M.

Pauperes in hac materia erogandi in eos superflua non solū sunt, qui ostiā quæstuantur, sed etiam illi, quibus desunt necessaria iuxta eorum statum nu. 1.

Marchioni etiam dicitur fieri eleemosyna, si ægeat secundū suum statum num. 2.

Pauperes loci ceteris pauperibus an preferendi nu. 3. & 4.

Naturalibus Regni conferēda sunt beneficia nu. 5.

Cardinalis Bellarminus Archiepiscopus Capuae erogabat eleemosynas in pauperes cuiusque Oppidi servata proportione reddituum n. 6.

Quid intelligatur nomine piorum rufū num. 7.

Dotare puellas est magnum opus prium num. 8.

Alere pueros in studijs est opus piū n. 9.

Episcopus potest superflua erogare in edificationem hospitalium, & tēplorum, nisi necessitas pauperum aliud suadeat num. 10.

Diuus Augustinus vendidit vasa argentea sacra pro alendis pauperibus num. 11.

Episcopi non debent cumulare multam pecuniam pro ædificandis templis num. 12.

Ecclesia si ægeat preferenda est pauperi num. 13.

Ecclesia non est preferenda Beneficiato pro sua congrua nu. 14. 15.

Beneficiatus preferendus pro congrua etiam

etiam secundum qualitatem propriam, secundum unam opinionem

num. 16.

Cardinalis Commendatarius potest ex fructibus commendē benefacere suis familiaribus num. 17.

Episcopus, vel Beneficiatus an possit soluere debita ex prebendis beneficij, vel Episcopatus nu. 18. 19.

20. & 21.

Episcopus potest facere omnia moderata num. 22.

Item & donationes remuneratorias, & compensare seruitia num. 23. 24.

25. & 26.

Potest Episcopus de redditibus Ecclesie prosequi litem puritatis sanguinis num. 28.

Datur paruitas materiae in hac materia num. 29. & 30.

Auperes in subiecta materia, in quos redditus ecclesiastici redundantes scilicet vltra propriam Beneficiati substantiationem exuberantes non

1 solū sunt illi, qui ostiatim eleemosynam postulant, & quibus desunt necessaria ad naturam, sed etiam dicuntur illi, quibus desunt necessaria ad statum, quem sustinent sustentandum Nauarr. de redditibus ecclesiasticis qu. I. nu. 65. Barbosa de iure ecclesiastico lib. 3. c. 17. nu. 23. Sanchez in consil. cap. 2. dub. 38. num. 11. Reginald. in praxi lib. 30. tit. 3. c. 7. sub nu. 105. vers. aduerte Cardinalis de Lugo de iustit. disp. 4. sect. 3. num. 37. qui docuit,

2 quod etiā Marchioni potest elar-

giri eleemosyna, si non habeat ad conseruandum suum statum iuxta scilicet suam qualitatem, & fuit opinio Ioannes Andreae in cap. ceterum de donationibus nu. 4. ibi egenti nobili, sequitur Fagnanus in cap. si quis nu. 18. & 19. de peculio Clericorum, & alij communiter. Quare hoc arbitrio prudentis Iudicis,

seū viri relinquendum esse docet Menochius de arbitrarijs casu 65. Dubium tamen est inter Nostros an præferendi sint pauperes illius loci vbi situm est beneficium, siue

3 pauperes illius loci, in quo redditus exiguntur? Evidem Nauarrus loco cit. q. I. monit. 27. Azorius par. 2. inst. moral. lib. 7. cap. 10. q. 2. Reginald. d. lib. tit. 3. cap. 7. n. 105. Barbosa d. cap. 17. nu. 22. & alij plures existimant nullum adesse præceptum, vt præferendi sint isti pauperes, sed sufficit, vt in quoslibet pauperes superfluum erogetur. Molina

4 verò disp. 145. in fin. Cardinalis de Lugo loc. cit. sub num. 38. Hurtadus d. lib. 2. resol. 1. num. 142. & 143. Petrus Lorca 2. 2. sect. 3. disp. 40. num. 40. & alij existimauerunt ceteris paribus Beneficiatū, seū Episcopum magis teneri ad pauperes sui episcopatus, siue beneficij, & hos esse præferēdos, quam ad alios; nam qui fundauerunt episcopatū, vel beneficia erexerunt, habuerunt respectum ad pauperes loci, in quo episcopatus, vel beneficia sunt ereta, vt scilicet superfluum erogetur in conciues pauperes; hoc enim unusquisque appetit: quam sententiam libentius amplector, quia est

Q — ma-

magis rationi, & æquitati cōsona,
sicuti in simili in tractatu de Exequitoribus literarum Apostolicarum
par. I. cap. . . . Beneficia danda
esse naturalibus Regni, prout in
5 Regnis Hispaniarum, esse secundū
ius naturale, ac etiam Canonicum,
& nemini me legisse in vita Car-
dinalis Ruberti Bellarmini Viri, &
6 doctrina, & sanctitate eximij Ar-
chiepiscopi Capuani in singulis lo-
cis suæ Diœcesis eleemosynas ero-
gasse in pauperes seruata propor-
tione reddituum, quos à singulis
locis exigebat, & quod de paupe-
ribus dictum est, hic etiam de alijs
locis pijs dicunt citati Doctores.
Quid verò intelligatur nomine piorū
7 vſuū dicēdum est. Referam tamen
quę dicta sunt à Petre Lorca loc. cit.
à Martino Nauarro, qui plenius
rem explicat in *Apolog. de redditib.
ecclesiast. q. I. monit. 26. n. 3.* ita scri-
bens; Quæ autem sint opera pia nem-
inem reperio qui fuditus explicauerit,
tamē si per plures tractatus, & paulò
post talia sunt omnia opera, quæ pro-
pter Deum porissimum aguntur, talia
quoque Cappellanię beneficia, Missæ,
aliaque officia Diuina, & omne, quod
ad ea præcipue pertinet; talia septem
opera misericordiæ spiritualia, septē
quoque opera misericordiæ corpora-
lia, necnon illud, quod ad ea princi-
paliter dirigitur: quoniam à virtute
misericordiæ nascuntur tamquam à
Matre; à charitate verò tamquam
ab Aua: quamobrem studia Theolo-
gia, presertim, & Canonum stipen-
dia pulpitorum, atque sermonum ad-
docendum, et consulendum opera pia.

sunt: quadoquidem sunt opera miser-
icordiæ spiritualia, vel ad ea perti-
nentia, confraternitatesque, & etiam
hospitalia constituta ad hospitandum,
vestiendum, & curandum egenes,
ad reficiendas domos exauatas, & ad
captiuos redimendos; ad opera nam-
que misericordiæ corporalia pertinēt.
Hæc Nauarrus, quem etiā refert,
& sequitur Thomas Hurtado dicit.
lib. 2. resol. 1. nu. 144. & 145.

Ex hac doctrina Nauarri multa infer-
8 ri possunt in praxi; opus enim piū
quodlibet dicitur quod fit in Dei
honorē, propter Deum, & in aug-
mentum Diuini cultus, & quod re-
fertur ad opera misericordiæ tam
corporalia, quam spiritualia, quod
potissimum puto nubere puellas
alias indotatas, ac etiam opus piū
9 puto cum Hurtado alere pueros in
studio, vt etiam lauream Doctora-
tus acquirant, quando scilicet aliū-
dè non habent, quia hoc redundat
in futuram Ecclesię utilitatem; hoc
est inconfessò apud omnes: dubiū
potest esse cum habeant aliūdè, &
tamen parentes contendunt pro-
prijs expensis alere in studio, de
qua re vide Layman lib. 4. tract. 2.
c. 3. nu. 2. Lugo loco cit. nu. 6. Hur-
tadum d. resol. 1. num. 171. cum se-
quentibus.

Licet Episcopus, vel alias Beneficia-
10 tus possit superflue expendere in
cōstructionem templorum, hospi-
talium, vel in cæteros pios vſus; at-
tamen hoc ita moderandum est,
dummodò necessitates pauperum
aliud suadeat; nām si occurrant ne-
cessitates pauperum debet tūc ero-
gare

gare superfluum in pauperum alimoniā, ut benè *Hurtadus loco cit.* n. 190. quia pauperes semper præferuntur, & sunt templum viuum Dei, aq; optimè probatur ex *Can. aurum* 12. qu. 1. ibique permittit Diuus Ambrosius distrahi posse bona Ecclesiæ ob pauperū alimo-
 11 niā, legimusque de Diuo Augu-
 stino vendidisse Ecclesiæ calices pro pauperibus alendis: sed non sic hodie luxum magnū cernimus in Ecclesijs edificandis in suppelleilibus ecclesiasticis, & pauperes fame pereunt. Indè dicit Hurtadus, quod Episcopus non debet cumulare, & reseruare magnā pecuniae quantitatē pro Ecclesijs construendis, quia potest cōtingere, quod interim abmigret vita, &
 12 pecunia statim dissipetur, & sic pauperes remanent defraudati. Vi-
 de ipsum *loco cit. d. refol. 1. n. 195.*
 Sed si Ecclesia ipsa in qua episcopatus
 13 erexit, vel Beneficiū fundatum egeat ad suum decētem ornatū, tunc ipsa præferenda est cuilibet alijs pauperi; quia non est æquum alijs subuenire, & ipsā Ecclesiā de-
 trimentum pati, & postponi in proprijs necessitatibus; trāstulit enim ecclesiastica bona in Beneficiatos, & Episcopos cum eadem obliga-
 tione, qua ipsa possidebat. Si enim ipsa adhuc retineret bona transla-
 ta, certè primò sibi prouideret de necessarijs ad propriū statū cō-
 seruandum; Superfluum verò ero-
 garet in pauperes. Ita quoq; obser-
 uandū est postquam trāstulit in Epis-
 copos, in Beneficiatos, pia cum ea-

dem obligatione, & eodem ordinē transtulit, ut benè obseruauit *Card. de Lugo loc. cit. n. 39.* Verū, vt. dixi-
 mus primo cap. non est præferen-
 14 da Ecclesia ipsi Beneficiato pro cō-
 grua; nam quoad hanc séper præ-
 ferendus est Beneficiatus, seu Epi-
 scopus, prout non obscurè deduci-
 tur *ex cap. de his de Ecclesijs edifi-
 candis*, in quo textu Alexander
 Tertius disposuit *de his*, qui Paro-
 chiales Ecclesiās habent duximus
 respondendam, quod ad reparatio-
 nem, & institutionem Ecclesiārum
 cogi debent cum opus fuerit de bonis,
 quæ sunt ipsius Ecclesiæ, si eis su-
 persint conferre, & eorum exempla
 ceteri imitantur; & notanda sunt
 illa verba; si eis supersint, ex qui-
 bus clare patet, quod primò de-
 15 trahendā sunt alimenta be neficia-
 ti, prout ante me notauit *Fagnan-
 nus in d. cap. sanè n. 32.* qui etiam
 tenet contra Nauarrum, & alios
 hoc esse intelligendum de portio-
 ne, & congrua, quæ spectat Ben-
 eficiato etiam secundum qualita-
 16 tem personæ; at cum *Nauarro te-
 nent Molina, Sanchez, Bardus lib. 3.
 q. 19. sect. 8. nu. 4.* *Hurtadus loco cit. refol. 1. nu. 183.* cum sequen-
 tibus scilicet quod cum Ecclesia in-
 diget reparatione, vel alijs suppelleilibus sacris non possit Beneficiatus, vel Episcopus accipere con-
 gruam secundum qualitatem per-
 sonæ.
 Existimat quoque *Fagnanus loco cit.*
 Cardinales de fructibus Beneficio-
 17 rum commendatorū integrè pos-
 se disponere usque ad decentem

Q 2 per-

personæ propriæ , & familiæ substantiationem , & remunerationem familiarium , quos quemadmodū honoratos apud se habere volunt , ità debent honoratè tractare , neque præceptum in literis Apostolicis , in quibus præcipitur eis erogare debere tertiam partem in fabricam Ecclesiæ obstatre dicit , quia intelligendum est in eo casu tantū , in quo redditus abundat deductis necessarijs ad decentem substantiam status.

Beneficiatus , siue Episcopus an possit
 18 ex fructibus beneficij , siue Episcopatus soluere debita , dubitat Doctores nostri : & omissis pluribus opinionibus Doctorum , *Hurtadus d. resolut. i. à num. 178. cum sequentibus* tenet , quod si loquamur de debitibus contractis ante obtentū beneficium , & tunc si sint debita contracta ex causa pia benè poterit soluere ex fructibus beneficij ; si verò ex causa profana non poterit si aliunde habeat ; Si verò sunt debita contracta post beneficiū adeptum siue sint contracta ex causa pia siue profana soluere poterit ex fructibus beneficij si aliunde non habeat , si verò habeat aliunde ex profana causa contracta , non poterit ex illis soluere ; benè tamen si ex causa pia : Hæc est doctrina Hurtadi : quæ sententia videtur satiæ æqua , & plausibilis ; séper enim
 20 quod Beneficiatus non habet aliunde quocumque tempore sint contracta debita siue ex causa profana , siue ex causa pia poterit Beneficiatus soluere illa ex fructibus

beneficij , quia soluere debita est actus iustitiae , & sicut Beneficiatus exerceret opus pium , & opus misericordiae , si pro paupere , & ægeno solueret debitum , ità si pro se ; nam non debet esse peioris conditionis ipsem et Beneficiatus ; pecca-

21 re tamen potuissest à principio si debitum contraxisset ex causa nō licita , sed postquam contraxit debitum , & aliunde nō habet , potest , & debet soluere debitum ; cum verò ex causa pia contraxerit debitum , existimo , quod semper poterit ex fructibus beneficij soluere , quia séper erogat redditus beneficij pro causa pia , & habemus *textum expressum in cap. peruenit de fidei usoribus* , in quo *textu* Lucius Tertius mādat ex redditibus Ecclesiæ Clericum debere soluere suum debitum , nec ibi distinguitur qua causa fuerit contractum , imò potius apparet ibi , quod pro causa profana fuerit debitum contractum , & ità indistinctè tenent hanc sententiam *Gigas de pensionibus quest. 39. nu. 3. Redoan. de spolijs q. 3. nu. 29.*

Moderata conuiuia , decentes recreations cum consanguineis , & amicis poterit Beneficiatus , & Episcopus facere tam in proprijs laribus domesticis , quam etiam in prædijs rusticis , & ruraribus ; hoc enim pertinet ad vitā socialē , nec est extra decentiā status clericalis , ne inurbanus , & agrestis videatur : ad hoc etiam inclinat virtus affabilitatis , dummodò , vt dixi moderatè , & secundum cōdecentiā status clericalis fiat vt optimè ex S. Thoma lib. 6.

art. I 2.

art.12. ad ultimam probat *Hurtadus d. resol.* i. *nu. 70.* & 71. & *nu. 162.* & 163. & nos etiam supra notauimus.

Item poterit Episcopus, vel Beneficiatus facere remunerations familiaribus, & donationes remuneratorias in compensationem seruitorum: *Nauarrus de redditibus q. 1. nu. 90.* & 91. *Hurtadus loco cit. nu. 72.* sed in hoc aduertendum est, quod cum sit donatio remuneratoria non opus est, ut sit adequate, & non ultra beneficium, aut dona accepta, sed potest excedere iuxta qualitatem dantis, vel recipientis 24 iuxta doctrinam *S. Thomae 2.2.q. 106. art. 6.* Cum vero sit ob seruitia non debet multum excedere ultra seruitum receptum iuxta text. in cap. relatum de testamantis *Hurtadus loco cit. nu. 73.* & 76. cuius illam assignat disparitatem, quia in beneficio, vel dono accepto compensatur ex animi gratitudine; in seruitio vero ex iustitia; & non solum propter se, sed etiam propter consanguineos licita est donatio remuneratoria; docet idem *Hurtadus dicta resolut. 1. numer. 69.* Pro seruitijs autem factis Ecclesiæ certè Episcopus donare poterit; de quo habemus text. in cap. si quis sanè de peculio Clericorum iuxta Glōsum, & ob hanc eandem rationem, licet sit prohibita infeudatio bonorum Ecclesiæ Romanæ iuxta Bullā: Attamen ob seruitia prælita Ecclesiæ Summus Pontifex licite poterit infeudare iuxta communē sententiam.

Potest etiā Episcopus, vel Beneficiatus 27 expendere in prosequenda lite super puritate sanguinis secundum *Hurtadum loco cit. n. 175.* & 176. Sicuti potest Episcopus, vel Beneficiatus reseruare aliquam pecunie quantitatē pro suis necessitatibus; nisi tamen calamitas pauperū contrarium exposcat. *Hurtad. n. 197.* Episcopus, vel Beneficiatus si aliquod 29 plus accipiat ultra congruam, vel in alios quam pios usus expenderit non semper peccat mortaliter, quia in hac re datur paruitas materiæ, ut expressè sentit *S. Thomas in d. 2.2.q. 185. art. 7. in corp. circa finem,* & cum eo omnes Doctores; quæ paruitas materiæ non est ita metienda sicuti materia, quæ sufficit ad peccatum mortale in precepto non furaberis, ut bene aduertit *Cardinalis de Lugo loco cit.* & hunc excessum etiam permittit *Fagnanus in d. cap. sanè scruata ratione cōditionis, status, & personæ.*

C A P V T VI.

Quid, & quantum elargiri possint Ecclesiastici, præsertim Episcopi in suos consanguincos, & affines, de redditibus ecclesiasticis, latè demonstratur.

S V M M A R I V M.

De Summo Pontifice loqui fas non est num. 1. adducitur tamen sententia Ripæ.

Neq; de Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus nu. 2.

Cardi-

Cardinales, qui maiorem dignitatem habent, eosque magis secundum regulas Euangelicas viuere decet nu. 3. & 4.

Finis, ob quem Author compilauit hunc tractatum nu. 5.

Episcopale munus quasi totum consistit in beneficiando suis n. 6. 7. & 8.

Refertur authoritas S. Pauli num. 9. & 10.

Quid scripsit Nicolaus Hosbaldo Episcopo num. 11.

Refertur authoritas S. Ambrosij n. 12.

Quid fuerit statutum in septima Synodo num. 13.

Quid in Concilio Magantino n. 14.

Alexander Tertius quid statuerit in hac materia num. 15.

S. Augustini doctrina refertur nu. 16.

S. Thomas de Villanova exēplo docuit beneficiendum esse suis nu. 17.

Refertur opinio Petri Blæensis nu. 18.

Sacrum Concilium Tridentinum quid statuerit in hac materia nu. 19.

Satis periculose scribere in hac materia num. 20.

Distinguendi sunt redditus assignati pro congrua à redditibus superfluis nu. 21.

Episcopus parcè viuendo, & sibi subtractendo de sua portione, id quod superest potest dare suis num. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. et 38.

Sacri Canones non prohibent Episcopis ne beneficiant suis, cum sunt vere pauperes num. 40. 41. 42. 43. 44. 45. & 46.

Quomodo eleemosyna facienda suis secundum eorum statum num. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55.

56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63.

64. 65. 66. & 67.

Iudicium Authoris nu. 68. 69. 70. 71.

72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79.

80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87.

88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96.

97. & 98.

Innocentius Papa Vndecimus moderationem in octavo gradu obseruat cum suis nu. 99. & 100.

Episcopus potest dare suis ne ageant in futurum n. 101. & 102.

Beneficiatus potest alere filios, sorores, fratres spurios, & dare eis dotem num. 103. & 104.

Constitutio Pij V. interpetratur n. 105. & 106.

An possit Beneficiatus compelli ad dotem dubitant Doctores nu. 107. 108. & 109.

Quomodo sint præstanda alimenta spurijs nu. 110.

Præstanda sunt alimenta ex bonis Ecclesiasticis, dummodò non habeat aliundè nu. 111. 112. 113. 114. & 115.

Fratribus an danda alimenta nu. 116.

Episcopus potest alere nepotes in studijs num. 117.



E Summo Pontifice nil omnino dicendum est; non enim licet ponere os in Celum; Ipse enim

i Summus, ac Supremus Administrator est; ideoq; scit quāta, & qualis sibi à Christo Domino potestas tradita fuerit: omnes Canones in scrinio pectoris habet, & conditor est Sacrorum Canonum; Id cō nullam metam debent ei præfigere inferio-

feriores, sed solū ei sedulò obedire, ac suam potestatem admirari. Admirabilis enim est potestas Pontificia; nām hoc sonat nomen Papē Imitationis tamen exēplum p̄eberē dignum est inferioribus, quia à boue maiore discit arare minor. In sūma sede positus est, vt eum omnes prospectent, & ab eo sumant quod imitetur. Sol est Ecclesiæ militantis, cuius lumine ceteri ambulare debent eiusque facta venerari, & non dijudicare, prout ego veneror.

Rursus de Eminentiss. S. Romanœ Ecclesiæ Cardinalibus, neq; mihi licet loqui; sunt enim isti Cardines Ecclesiæ, primique Senatores scientia, prudētia, virtutibus cæteris ornati: optimè sciunt quid eis sit licitum; qualē obligationem habeant: enim verò, quo maiorem dignitatem in Ecclesia sustinent Dei, eo plus secundum regulas euāgelicas, canonicas, & ecclesiasticas, viuere debent, & qui in hoc mundo ceteris præcellunt, & plus eos accepisse cernitur, aduertant, ne ab Authore mundi grauius inde iudicentur; cū enim augmentur bona rationes quoque donorum crescunt, vt ait *Gregorius homil. 9. in Euang. Gc.*

Itaque totus discursus huius capititis reducitur ad Episcopos, cæterosq; inferiores ecclesiasticos, qui redditibus fruuntur ecclesiasticis. & vt verum fatear precipuus finis scribendi hunc tractatum fuit hic, nēpè quid, & quantum possunt elargiri Episcopi suis consanguineis, cum in dies videamus aliud Epi-

scopos non intendere, quām suis
elargiri, quasi in hoc consistat episcopale munus, vt optimè considerauit antè me *Pater Bardus in sepe allegata q. 10. sect. 15.* optimam assignans rationem, quia affectus, qui oritur ex sanguinis cōiunctio-
ne, est vehemens, & appetitus augendi propriam familiam, eamque nobilitandi valdè animum mouet, & hunc cohibere, & intrà limites rationis retinere valdè difficile, & periculosum est, multaque illicita, licita nobis ipsis persuademus ex hac animi passione; ne igitur passio hæc animi, nos decipiatur hunc laborē sustinui, & quæ in hac materia docuerunt Sancti, & quid disposuerint Sacri Canones, quidq; scriperint ceteri Doctores, hic cumulaui, vt unusquisque veram, & sanam doctrinam amplecti, & sequi ad animæ proprię securitatem, valeat.

In primis reperio, quod Sanctus Paulus Apostolus in *Epistola prima ad Timotheum cap. 5.* ait: *si quis suorū, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior, Ti.*

Item, & idem Apostolus primo ad *Corinth. cap. 9.* ait *numquid non habemus potestatem, mulierem sororem circumducendi sicut fratres Domini, & Cephas,* quod explicās Leo Nonnus cōtra Epistolam Nicetæ Abbatis, ait: *Omnino confitemur non licere Episcopo, Presbitero, Diacono, Subdiacono propriam uxorem causa religionis abijcere in cura sua, scilicet, ut ei viētum, & vestitum largiatur non;*

non ut cum illa ex more carnaliter agat, sic & Sanctos Apostolos legitimus egisse Beato Paulo Apostolo dicente numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicuti fratres Domini, & Cephas, vide inspiens, quod non dixit nūquid non habemus potestatē, sororē, mulierē amplectendi, sed circumducendi, scilicet, ut de mercede prædicationis substentaretur ab eis, nec tamen foret deinceps inter eos carnale coniugium. Habetur in Can. omnino 31. dist. & notanda sunt illa verba, ut de mercede prædicationis substentaretur.

Nicolaus Papa scribēs Hosbaldo Episcopo, ait. Verum si Presbiter adeò vestro studio obnoxius forte precipimus, ut tale beneficium sibi Ecclesiae suæ concedatur, quo ipse, & sui sufficienter possint habere suę substentationis solatium.

Diuus Ambrosius in lib. I. de officijs cap. 30. ait. Est probanda illa etiam liberalitas, ut proximos feminis tui nō despicias, si egere cognoscas; melius enim est, ut ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum depescere, aut alicui postulare subsidiū necessitatis, non tamen ut illi eo ditinres fieri velint, quod tu posses conferre in opibus; causā enim natura præstat non gratia; neque enim propterea te Domino dicasti, ut eos diuites facias, sed ut vitam tibi perpetuā fruētu boni operis acquiras, et pretio misericordiarum peccata redimas tua; putant se parum poscere, pretium tuū quarunt uitę tua fructum adimere contendunt; & accusant, quod eos diuites nō feceris, cū te uelint eterne

uita fraudare mercede Hæc S. Ambrosius ibi, & habetur in cap. est probanda 86. dist.

In septima Sinodo cap. 12. habetur; 13 omnium ecclesiasticarū rerum Episcopus habeat sollicitudinem, & dispenset eas tamquam Deo contéplanter; non liceat autem ei fraudare quidpiem ex illis, vel cognatis proprijs donare que sibi sunt, que si pauperes fuerint, ut pauperibus clariatur, sed nō sub horum occasione que sunt Ecclesiæ defraudentur. Habetur in cap. quisquis Episcopus 12. q. 2.

In Concilio Maguntino postquā propositum fuit Sacerdotibus nobis habere feminas secū etiā consanguineas ob periculū incōtinentiæ, postea dicitur, sed si quam de his necessitatē habuerit Presbiteri habet in vico, aut in villa domum longe à sua cōuersatione, & ibi eis, que sunt necessaria subministrent. Habetur in cap. I. de cohabitatione Clericorum, & mulierum.

Item Alexander Tertius in cap. relatiū 15 de testamentis disposuit; licet autem mobilia per Ecclesiam acquisita de iure in alios pro morientis arbitrio transferri non possunt; consuetudinis tamen non est improbande, ut de his pauperibus, & religiosis locis, & illis, qui viuenti seruiuerant, siue sint consanguinei, siue alij aliqua causa seruitij meritum conferatur.

S. Augustinus de doctrina Christiana 16 lib. I. cap. 28. tom. 2. Sic ait. Illi, qui sunt nobis magis cōiuncti quasi quadam forte nobis obueniunt, & eis magis quam extraneis prouidere debeamus, ac de isto Sācto Baronius an-

no Domini 409. nu. 35. Expossi-
deo ita scribens, quod possidens cer-
ta fide conformat, qui, & quomodo er-
ga suos sanguine coniunctos se gesse-
rit ita narras. Nec suos consanguini-
neos, vel in proposito, vel extra consti-
tutos in sua vita, & morte vulgi mo-
re tractauit, quibus dum adhuc su-
peressest id, si opus fuit, quod, & ce-
teris erogauit; non ut diuicias habe-
rent, sed ut aut non, aut minus ege-
rent.

Sanctus Thomas de Villanova Ar-
17 chiepiscopus Valentinus, qui insi-
gnis misericordiae in pauperes vir-
tute decoratus est exēplo docuit,
Episcopum debere consanguineis
suis indigentibus subuenire; ipse
enim ita fecit cum consanguineis
suis, ut testatur Diuus Palafex, &
Mendoza super reuelat. M. Fran-
cisc. in Sanctiss. Sacramento Carm.
discal. num. 283. pag. 243.

Petrus Blæsen. eruditione, & sancti-
18 tate conspicuus sanè vir, in sua
epistola septuagesima acriter re-
prehendit, Carnotensem Episco-
pum, eo quod suis non bene fac-
tet, & ita scribit.

Dilecto & præ omnibus diligendo Do-
mino suo Ioāni Dei gratia Carnotensi
Episcopo, suus Canonicus Petrus
Blæensis salutem, & in ira, miseri-
cordiae reminisci.

Eam speramus in vobis, et de vobis ma-
turitatis, & prudentiae gratiam, ut
vos adulatio fallax facile non sedu-
cat. Proverbialiter enim dicitur, quod
stultum est vas incrustare sincerum:
(Horat. ser. I. sat. 3.) & testimonio
Salomonis, frustra iacitur rete ante

oculos pēnatorum. (Proverb. I. 17.)
Scitis, quod Robertus caro et sanguis
vester est: illi tamen, quorum os
amaritudine & dolo plenum est, qui
dicunt bonum malum, & malum bo-
num elongat à vobis amicum & pro-
ximum, & de lingue veneno confiti-
cum et à visceribus vestris nituntur
auellere, exterminantes adulatio-
seductoria legem naturæ, necessitatem
sanguinis, beneficio nutrituræ. Ne-
poti vestro, dum honestus est, & ec-
clesiasticis idoneus beneficijs, minus
aptum aut deteriorem quæso non pre-
feratis extraneum, nec ab eo vestrae
liberalitatis gratiam auertatis, in quo
ista duo concurrunt, natura, & me-
ritum. Sanè in omni facultate fortius
est quod e natura procedit, quam
quod accedit extrinsecus, semperque
sincerior erga vos erit nepotis affectio,
qua naturæ obsequitur, quam que se-
quitur ex fortuna. Aristotelem di-
xisse recolitis, quia omne quod natu-
ra tale, magis tale eo, quod non natu-
ra tale. (lib. 3. Top. cap. 1.) Quid est,
quod in iure ciuili pactum stipula-
tionem tollit, & à stipulatione non
tollitur? nisi quia pactum vinculum
naturale est, stipulatio verò ciuilis
est obligatio: ius autem ciuile ius na-
turale corrumpere non potest, cum ius
ciuile à naturali aliquando tollatur.
Durum quidem, & nimis austерum
est nos eis non esse propitios, quos no-
bis naturæ emidiat. Nam & Apo-
stolo teste, (I. Timot. 5. 8.) qui suo-
rum & maximè domesticorum curā
non habet, fidem negauit, & est infi-
deli deterior. Bruta fætus suos nu-
trit, & eos, cum fuerint gradiuscuti

R. de-

derelinquit. Non decet hoc hominem: quem ratio, quem intelligentia faciunt ceteris preeminentem. Cauete quod so ab ijs, qui hominibus placent, qui omnia dicunt ad voluptatem, ad veritatem nihil. Adulatio quidem pestis improbissima est, que cum statim deprehendatur a paupere, apud diuites latenter obrepens etiam circumspicuum, circumuenit, et prudentem. Aut enim sub dilectionis imagine, aut devotionis obtentu, aut alicuius simulatione officij se adulatio prodigiosa palliat, ut gratius acceptetur. Venena enim non dantur, nisi melle circumlinita. Gloriosum vobis est, dicit callidus adulator, quod in beneficiorum collatione pauperes honestos vestris nepotibus antefertis: opus Dei est hoc. Caro et sanguis non reuelat hoc vobis, et quis in hac exhortatione malitiam reprehendar? sic aduersus eum, in quo dolus non est, quandoque dolosè tentator Pharisæus, et Herodianus accessit. Magister scimus, quia verax es, et viam Dei in veritate doces, et non est tibi cura de aliquo, neque accipis personam hominum, licet censum dare Cæsari, an non? (Matth. 22. 16.) præcedunt blanditiae, sed venenum est in sermone. Verumtamen omnes laquei malitia dissoluntur, dum productio numismate cœsus Deo, quod erat Dei, et Cæsari, quod erat Cæsar, assignantur. Vesta discretio non ignorat, quod extranei et honesti admittendi et beneficiandi sunt, sed numquam honestis nepotibus preferendi. Summa natura incuria est, ne potem pauperem et honestum abidere, carnemque et sanguinem suum

pprobro publicæ mendicantis expnere. Vrfa et legna dirigunt fœsus, suos, alienos quoque, si eis impenderint beneficium nutritur. Sed et lamiae, iuxta prophetam, nudauerunt mammas, (Tibren. 4. 3.) lactaverunt catulos suos: homo autem adeò efferrate inhumanitatis erit, ut quem docuit, negligat, et obijciat quem nutritum? Qui hoc vobis, Reverende Pater, suggestur, parietam edificant, et dealbant. Verumtamen Dominus dedit vobis cor et sapientiam, ut non seducat vos spiritus mendacij, ut adulatores deprehēdati in astutia sua, debitumque naturę in vobis non extinguat dolositas aliena. Porro Ioannes Euangelista, lispe consanguineus Domini, præ ceteris tamen est dilectus à Domino, alterumq; filium Zebedæi, et Iacobī minorem, Joseph etiā iustum, Iudam et Simonem, linea consanguinitatis à Christi consortia non abscedit. Si nepos est uester honestus, est prudens, in viro prudente naturam, in consanguineo diligite honestatem. Si ei apud vos beneficium naturę non sufficit, ei faltem honestas et litteratura proficiat, ut vos inueniat benignum et placabilem: apud quem circumscripta omni linea parentelæ de suorum exigentia meritorum gratiam vendicat et fauorem. Vale. Vice autem versa terret me quod scribit Gregorius VII. in can. peruenit 1.q.3. dicens Peruenit ad nos fama sinistra, quod quidam Episcoporum non Sacerdotibus propriæ Diæcessis decimas, atque Christianorum oblationes conferant, sed potius laicalibus personis militum videlicet siue seruitorum

torum, vel (quod grauius est) consanguineis. Et subdit Gregorius. Unde si quis amodo Episcopus invenetus fuerit huius diuini praecepti transgressor inter maximos hereticos, & Antichristos non minimus habeatur, & Concilium Oecomenicum Tridentinum sess. 25. cap. de reformat. decreuit, atque prohibuit Episcopis ne consanguineis ex bonis Ecclesiæ elargiatur, ita statuens Quinimo eis interdictum ne ex redditibus Ecclesiæ consangagineos, familiare sue suos augere studeant, cum, & Apostolorum Canones prohibeant, ne res ecclesiasticas, quæ Dei sunt consanguineis donent, sed si pauperes sunt ijs uti pauperibus distribuant; eas autem non distrahant, nec dissipent eorum causas; Imo quammaxime potest eos Sancta Synodus monet, ut omnem humanam hanc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, unde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat penitus deponant. Nec ibi; sed Tridentinum hic loqui de bonis proprijs, & seperatis Ecclesiæ, non de redditibus assignatis Mensæ episcopali, seu de redditibus episcopatus, multi Doctores arbitrii sunt, vt supra monstrauimus; quorum sententiam nec damno, neque subscribo: certius tamen mihi videtur dicendum, Patres illos de omnibus redditibus ecclesiasticis fuisse loquutos; certissimum tamen est de redditibus Ecclesiæ Episcopos esse simplices administratores, ac teneri de fideli administratione, prout supra monstrauimus cum S. Thoma.

Satis periculosum est in hac materia iudicium proferre, quia veritas semper odium parit, obsequium amicos; sumus enim in eo saeculo, in quo illi Authores quammaxime aestimantur, qui sententias laxiores amplectuntur, & qui doctrinas peregrinas adducunt pruriendo auribus legentium, sed hoc venenum est in Ecclesia Sancta Dei, & forsitan insabile, ex quo tot, & tanta dignitur mala; parcant mihi Doctores, si meum iudicium in hac materia in duriorem partem tendit, quia, et si durius, tam certius erit, quæ coram Deo sentio, liberè, ac cum animi candore ad ipsiusmet Dei gloriam dumtaxat proferam.

Vt ordinatè procedamus, distinguendum est inter illos redditus episcopalis Mensæ, qui destinati pro congrua portione Episcopi, & inter illos, qui superflui seu redundantes sunt. & in quantu ad primos quasi indubitate censeo, quod si Episcopus, vel alius Beneficiatus de sua portione ad vitam congrue ducendam destinata aliquid parcus viuedo substraxerit, sicuti potest alijs dare, & expendere in alios, quamplios usus, vt dictum est, ita consanguineis suis, absque ullo scrupulo dare poterit. Ita expressè docuit Sanctus Thomas 2.2.q.185.art.5. ad secundum ita dicens, quod bona ecclesiasticorum non sunt solum expendenda in usus pauperum, sed etiam in alios usus, vt dictum est, & ideo si de eo, quod usui Episcopi, vel alius Clerici est deputatum uel aliquis sibi substrahere, & con-

R 2 san-

Sanguineis, vel alijs dare non peccat, dummodo illad faciat moderatio. Ecce quod Doctor Angelicus clarè loquitur, & vt hæc sententia sit probabiliissima, & tuta, sufficit authoritas tanti viri. Sequuntur hanc sententiam Caietanus ibidem, Sotus de iustit. lib. 10. q. 4. art. 3. c. 4. Molina de iustit. tom. 1. tractat. 2. disp. 146. vers. contrarium, Nauar. rus in Apologia de redditibus qu. 1. manit. 30. Lessius de iustit. lib. 2. c. 4. dub. 6. nu. 39. et 40. Azorius par. 2. lib. 12. cap. 11. præsertim in 2. q. Sánchez in consil. c. dubijs 43. Reginaldus lib. 30. tract. 3. cap. 7. n. 87. Layman lib. 4. tract. 2. cap. 3. nu. 2. Fagundez de iustit. lib. 6. cap. 10. num. 11. Filiuc. tract. 43. c. 3. nu. 6. Lugo de iustit. disp. 4. sect. 3. sub n. 35. Fagnanus, in cap. c. si quis sane de peculio clericorum, Barboſa lib. cap. 17. num. 45. de iure ecclesiastic. Bardus lib. 3. q. 10. sect. 15. n. 5.

Ratio huius conclusionis patet ex di-
25 quis in cap. precedenti, quia cū Episcopus, vel Beneficiatus acquirat dominium reddituum sibi assignatorum pro sua congrua, & decen-
ti substantiatione, portioque hæc sibi debeatur iure iustitiae absque alio annexo onere potest ad libitum de ea disponere ad instar proprij patrimonij iuxta doctrinam Angeli Doctoris in d. art. 7. in corp.
& sic potest alijs dare atque ad sui libitum disponere, eo magis potest clargiri consanguineis, quibus ra-
tione pietatis magis tenetur, id
etiam, quod parcus viuendo, & si-
bi subtrahendo superest non dici-

tur fructus, scù redditus ecclesiasticus, sed potius proprię industrie, de quo ad libitū potest disponere. Dixi quasi indubitate, quia non de-
26 sunt, qui contrarium tenent, præ-
sertim Abbas in cap. cum effe n. 27. de testamentis, Lorca 2. 2. q. 40. nu. 43. Sarmientus de redditibus ecclesiasticis p. 3. c. 5. per totum, vbi hanc sententiam ex multis fundat, præ-
sertim, quia Clericus usufructua-
27 rio comparatur, cuius natura est, vt quo ipse non vtitur alij vten-
dum nō potest concedere, sed Do-
mino remanet atque Canones, qui statuerunt, quod superest esse ero-
gandum pauperibus, nō distinguunt
quod superest naturaliter, vel au-
28 ritia, & esse magis cōtrā naturam
sordidis hominibus pecuniam su-
perfluam quam liberalibus: Vndē
multo magis illi tenentur ad illam
erogandam, & multas alias ratio-
nes adducit Sarmientus; et in defen-
tione p. 1. in responsione ad 30. mo-
29 nitum addit aliam rationem, nem-
que quia nemo potest causam suæ
possessionis mutare titulo aliquo
extrinseco superueniente ad textū
l. non solum, §. quod vulgo ff. de usu
cap. Si igitur natura reddituum ec-
clesiasticorum est talis, vt in usus
pios quod superest erogādum sit;
ergo ex facto, vel non facto Cleri-
ci hos fructus possidentis coruin
natura mutari non potest: Hæc, &
alia Sarmientus, quæ ex industria
omitto.
Sed Sarmientum meminiisse debuisset
30 ipsū in p. 4. c. 6. docuisse hodiē nec
usufructuarium dicendum Episco-
pum,

pum, scū Beneficiatum, sed domi-
num; et sic dominus, vel saltē vſu-
fructuarius poterit disponere vita
sua durante.

Prīnam sententiam in conscientia tu-
31 tā existimo, vt potè tantorum Do-
ctorum scientia prædictorum, &
sufficit authoritas S. Thomæ. &
quamuis hic Sāctus Doctor ibi po-
nat illam particulam, & condicio-
nem (*dummodo illud faciat mode-
rare*) idest *vt non indigeant, nō au-
tem ut ditiōres inde fiant*; per quæ
verba contrarij intelligunt nō pos-
se Episcopum dare consanguineis
ad augēdum statum eorum ex fru-
32 cibis, & redditibus ecclesiasticis:
Attamen *Bardus loco cit. nu. 9.* re-
spondet S. Thomam satis velle non
esse elargiendum cōsanguineis ali-
quid cū affectu immoderato, & vt
ditiōres fiant; nam hoc procedit ex
immoderato affectu, & est species
superbiæ, & ambitionis, quæ ordi-
nariè loquendo inuenitur in his
elargitionibus, quando sunt valdē
pingues ad subleuandū nimis statū
consanguineorum, at cū ex aliquo
fine honesto & pio fiunt, nullum
incurritur peccatum, & ex obiecto
nō est malum, & hoc comprobat,
quia S. Thomas in corpore dicti
articuli portione pro substantiōne
Episcopi equiparat bonis patri-
monialibus, in quibus propter im-
moderatum affectum peccare pos-
se ait.

Addo ego, quod Episcopus parcè vi-
33 uendo parum potest sibi reseruari
ex portione, & congrua sua, quæ
dumtaxat est mille ducatorum; ad

summum enim sibi reseruare po-
terit biscentum ducatos annuos,
quos si dederit consanguineis nō
erit reputanda elargitio immoder-
ata, nec hæc potest augere statum
consanguineorum, & ditiōres fa-
cere ex redditibus ecclesiasticis,
qui, si habent relationem ad vſus
pios, & pauperum alimoniam, de-
eo, quod superest, vt dictum est; at-
tamen post Concilium mille aurei
assignati fuerunt Episcopis absq;
vlo onere, quia Patres illi conspi-
cui, & prudentia pleni bene tritu-
rauerunt, hos, & non minores esse
necessarios, pro decenti, & made-
sta Episcoporum substantiatione.

34 Igitur si Cōcilium assignauit mil-
le aureos pro Episcopo, de his be-
nē disponere potest Episcopus ad
sui libitum, & solum peccato sub-
iacebit propter immoderatum af-
fectum, vel abutendo, sicuti quili-
bet aliis, si de sua substantia abu-
tatur.

Rationes, & argumenta Sarmienti;
35 & aliorum non vrgent: Siquidem
licet Sacri Canones generaliter di-
sponant, quod oīnne, quod super-
est vltrā portionē necessariam pro
substantiatione sit in pios vſus, &
alimoniam pauperum expenden-
dum; attamen in dicta portione
vel pro Episcopis, vel pro cōteris
Beneficiatis nullum onus cadit,
quia portio est assignata pro mer-
cede, pro labore, vt vitam honestè
ducere possint; dignus enim est
operarius mercede sua, omnique
iure ei hæc portio debetur, qua cō-
36 stituta certa, vel ad arbitrium pru-
dentis

dentis viri attentis circumstantijs locorum, personarū, & beneficiorum illius portionis absolutæ scilicet sit Dominus, siue sit Episcopus, siue alius Beneficiatus absque alio onere, & de ea potest disponere, prout melius sibi videtur, dummodò non abutatur, nec ista portio habet aliquā aliam intrinsecam qualitatem, seù onus intrinsecū, vt scilicet in usus pios, & pauperum alimoniam expedi debeat; habetur enim uti proprium patrimonium, & ad instar ipsius sortitur naturā, nec eius conditio mutatur, vt dixit Sarmientus ex facto, vel non facto Clericis cum iam natura reddituum ecclesiasticorū fuerit mutata per diuisionem, & assignationem. & sicut potest Episcopus totam suam portionem expendere, & non peccat, ita potest aliquam partem suę portionis sibi assignatæ dietim in pane, & vino posse alijs dare, vel donare sibi il-

37 lam subtrahendo, certè Domino nullam facit iniuriam, sed quod suum est liberè dare potest. Et Sacrum Concilium, dum prohibet Episcopis, ne consanguineis plus tribuant de bonis Ecclesiae, vt eos ditiores faciant, non loquitur de fructibus, & redditibus assignatis pro congrua, sed de alijs, qui sunt ultrā portionem Episcopis, & ceteris Beneficiatis assignatam, vel loquitur de redditibus particularibus ipsiusmet Ecclesiae, vt notauiimus, vel de illicita datione, & liberalitate ultrā id, quod par, & equum est. Vide Doctores citatos pro hac

38

mea sententia, qui fusius rem explicant.

Tota igitur difficultas reducitur, quid 39 sentiendum de fructibus, seù redditibus episcopatus, vel beneficij, qui supersunt ultrā portionē Episcopo, vel Beneficiato debitam pro sua congrua substantiatione, de quibus redditibus Episcopi habent limitatum dominium, & eos debent applicare pijs usibus, & in pauperum alimoniam? an inquam de his possint aliquid dare consanguineis, affinibus, vel familiaribus? Et dicendum est, quod nec Sacri Canones, neq; Sancti Patres prohibuerunt Episcopis, & ceteris Beneficiatis quin consanguineis, affinibus, vel familiaribus verè pauperibus aliquid elargiantur, expressèq; permittit ipsum Sacrum Concilium Tridentinum, vt cum verè sunt pauperes illis moderatè elargiantur de redditibus ecclesiasticis sibi superfluis, quos in usus pauperiū erogare alioquin deberent: hoc autem clarè probatur non solum ex adductis in principio huius capituli, sed etiam ex S. Thoma 2. 2.

41 q. 32. art. 9. in quo preposito dubio utrum sit magis propinquioribus eleemosyna danda, postquam rationes dubitandi pro negatiua adduxit in corpore ita dicit. *Dicendum, quod sicut Augustinus dicit in prima de doctrina Christiana illi qui sunt nobis magis coniuncti quasi quadam sorte nobis obuenit, ut eis magis prouidere debeamus; est tamen circa hoc discretionis ratio adhibenda secundum differentiam coniunctionis,*

san-

sanctitatis, & utilitatis; nam multo sanctiori magis indigentiam patiēti, & magis utili ad commune bonū est magis eleemosyna danda, quam persona propinquiori maximē si non sit multum coniuncta, cuius cura specialis nobis immineat, et si magnam necessitatem non patiatur. S. Thomas ibi idē expressē docet in 4. dist. 15. q. 2. art. 6. quæstiuncula ad Romanos 12. lect. 2. in fin. primo ad Corinth. cap. 16. atque optimē ad rem con-
 42 ducit quod ipsemē S. Doctor in 2. 2. q. 26. artic. 1. docet, quod datur ordo in charitate, & art. 8. docet, quod magis diligendus est ille, qui nobis est magis coniunctus secundum carnalem originem, quod optimis rationibus probat, ut ipsum videre est: ergo hos præferre debeamus in eleemosynarum clargitione. & licet largitio eleemosynæ facienda sit propter Deum, & propter retributionē mercedis æternæ iuxta illud Mathei 16. Te autem faciente eleemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna in abscondito, & pater tuus, qui uidet in abscondito reddet tibi; Cum verò consanguineis datur aliquid videtur quod careat isto fructu; nam tunc censetur, quod potius sit facta illa clargitio ob sanguinis coniunctionem, quam ob Dei amorem: Item quia sanctioribus est facienda; Nam benē respō-
 43 det idem S. Thomas in d. q. 3 2. art. 9. ad 2. quod opus eleemosynæ ad mercedem retributionis dupliciter ualeat; Vno quidem modo ex radice charitatis, & secundum hoc eleemosyna est

meritoria, prout in ea seruat ordo charitatis, secundum quam magis propinquioribus prouidere debemus, secundum Ambrosium in primo de officijs, est illa probanda liberalitas, ut proximos sanguinis tui ne despicias, si egero cognoscas; melius est enim ut ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere. Alio modo ualeat eleemosyna ad retributionē uitæ & eternae ex merito eius cui datur, qui orat pro eo, qui facit eleemosynā; Sic sanctioribus est facienda; eleemosyna enim, cum sit consanguineis ob Dei amorem facienda est, nā si omnes Deus diligi iubet propter sc; tamen maximē eos, quos nobis sanguine coniupxit.

Canones igitur, Concilia, Patres Sancti, & cæteri Doctores prohibente Episcopis, & cæteris Beneficiatis, ne sub palliata paupertate ditent suos redditibus ecclesiasticis, qui ad Dei honorem expendēt sunt; cum vero pauperes sunt; iubent, ut eis subueniantur. Vnde totum hoc
 44 negotium consistit in recto iudicio, & videre, si verè pauperes, si verè indigeant consanguinei, quod satis periculose sunt ex se ipso iudicare, cum affectio carnis valde opprimat rectū iudicium, & quandoque diuites, egentes existimamus: quare ne decipiatur nos concilio sanguinis, stimulusque aegredi nostros, debemus ad prudentes, sanctosque viros recurrere; tritum enim est dictum, in causa propria Aduocatum querere; non enim nos debemus iudicare & videre, an nostri sint pauperes, si verè egerint; nā faci-

facile iudicium declinabit ad fauorem eorum, qui nobis sanguine coniuncti sunt, & ita dilabimur in errorem, & in malæfidei dispensationem. Neque contra hanc traditam sententiam officit *textus* in allegato *can. peruenit* 193. quia non loquitur quando cōsanguinei sunt pauperes, sed generaliter & illum Canonem bene explicat ibi *Glosa in uerbo grauius*: scilicet, quia prouidendo consanguineis, grauiter lèdunt Ecclesias.

Intelligenda autem est doctrina su-
46 pra tradita, vt nostris egentibus elargiri possimus; cæteris tamen paribus, quādo scilicet sunt in pari egestate, & indigentia, vt si nostri consanguinei, affines, vel familiares non sint in tam graui indigen-
tia, sicuti alij, qui maiori indigen-
tia premuntur, & miseria tūc istis,
& non cōsanguineis debemus sub-
uenire videtur sentire iuxta *textū*
in cap. satis 86. dist. iuncta Glosa in uerbo domesticos, idem *S. Thomas in d. artic. 9. ibi*, est tamen circa hoc di-
scretionis ratio *&c. Molina, Reginaldus*, & cæteri citati *Cardinalis de Turrecremata in c. quisquis* 12.
q. 2. nu. 3. qui nu. 2. docuit in utro-
que foro teneri ecclesiasticum be-
neficiatum ad alimenta præstanda
fororibus pauperibus, & cogi ad
id posse, & fuit doctrina *Glosa in cap. omnino* 31. dist. verb. ut de mer-
cede, *& in cap. peruenit p. q. 3. verbo grauius*, *& in cap. 2. 42. dist. verb. postular*, vbi expressè hoc docet. Et ita *Abbas in c. peruenit de arbitris*. Et idem *Abbas in cap. 1. de cohabit.*

Clericorum nu. 4. *Fagundez ad præcepta Decalogi lib. 4. cap. 17. num. 1.*
Iacob. Menochius conf. 371. num. 3.
& de præsump. lib. 4. præsump. 125.
num. 3. Paulus Parisius confil. 26.
Angelus in summ. verborum eleemo- syn. nu. 2. Syluester in summ. eodem verbo n. 4. Armilla dict. verb. nu. 8.
Ripa in tractatu de peste in rub. de remedij ad conseruādam ubertatem,
qui egregiè loquitur per totum n.
161. vbi docet, quod consanguinei pauperes sunt anteponendi, *&*
nu. 164. intelligit quando verè sūt pauperes, & num. 174. dicit, quod data paritate subueniendum est consanguineis pauperibus.

Sed videndum modo est quomodo
47 eleemosyna est elargienda cōsan-
guineis usque ad necessitatem na-
ture, an verò usque ad indigen-
tiam status, & qualitatis, in quo existunt.

Cardinalis de Lugo loco cit. pro certo
48 existimauit, omnes cōcedere pos-
se Beneficiatos dare de fructibus
beneficij consanguineis, si indigeat
secundum conditionē proprij sta-
tus; sed tātūm dubium esse utrum
possit his dari de ecclesiasticis redi-
bitibus ad eleuandum eorum sta-
tum, vel potius ad sustinendū sta-
tum, quem priùs habebant.

Sed quod omnes admittere asserit *Car-*
dinalis de Lugo, expressè negare vi-
49 detur *Cardinalis de Turrecremata*
in d. cap. quisquis 12. q. 2. nu. 4. vbi
ita scribit. *Tertia conclusio Prælatus*
non debet, nec potest licite de bonis
Ecclesiæ dare cognatis suis præter ne-
cessaria, scilicet vietum, & vestitu.

P. a.

Patet primo ex Glosa presentis Canonis secundo ex praesente Canone, ubi dicitur, ut pauperibus eis elargiatur 3. ex cap. si cupis 16. q. 1. ubi dicitur pr.eter victimum, & vestitum, & manifestas necessitates nihil cuipiam tribuas, ne filiorum panem canes edane, & hanc sententiam aperte videtur tenere Syluest. in verb. Clericus 4. n. 11. vers. 15. ac etiam nouissime Prosper Fagnanus in cap. si quis sanè de peculio Clericorum num. 19. & 20.

At si pauperes etiam illi dicuntur, qui non solum indigent necessarijs secundum naturam, sed etiam secundum qualitatem, & statum, quem sustinent, & his vti pauperibus, & indigentibus ad proprium statum substitutendum elargiri potest, & debent alimenta: quare consanguineis verè indigentibus secundum proprium statum eleemosyna fieri nequit ut proprio statu manuteneri possint? Ideò existimo cum Lugo, & alijs infrà citandis posse Episcopos, ceterosq; Beneficiatos elargiri de redditibus ecclesiasticis consanguineis pauperibus secundum statum, & conditionem eorum, vt proprium statum, & qualitatē manuteneant, licet non sint pauperes secundum naturam. Ità Sanchez loco cit. dub. 38. num. 5. Reginaldus loco cit. sub n. 101. Lessius de iustit. lib. 2. cap. 14. nu. 39. Barbosa de iure ecclesiastico lib. 3. cap. 17. num. 23. Bardus post scripta visus in dict. q. 10. sect. 15. qui hoc probare nititur ex Concilio Tridentino d. sess. 25. cap. 1. ubi interdicens Episco-

pis, ne augere studeant ex redditibus ecclesiasticis consanguineos statim, & immediatè limitat; sed si pauperes sint, ijs vti pauperibus distribuant, ex qua Concilij dispositione duo haberi dicit Bardus, ynuin explicitè, aliud implicitè: explicitè admonemur Beneficiatos posse conferre aliquid suis consanguineis tit. paupertatis; implicitè autem posse conferre consanguineis totum id, quod requiritur ad eorum decētem statum; nam nomine pauperum non solum veniunt qui ostiatim mendicant victimum, sed omnes qui carent rebus illis, quæ sunt necessaria ad eorum decentem statum: Hæc Bardus, qui etiam testatur hanc conclusionem tenere omnes, quo's ipse videre potuit absque controversia, &c.

Difficultas cōsistit in eo dubio, quod proposuit Lugo, an scilicet ex redditibus ecclesiasticis possit Episcopus, vel aliquis Beneficiatus dare consanguineis ad eleuandum eorum statum, & conditionem, vt ditiores, & nobiliores fiant supra statum, in quo nati sunt.

Cardinalis de Turrecremata loco citat.
54 *Fagnanus etiam loc. cit. & alijs, quos citat Sanchez in Cōsilijs lib. 2. c. 2. dub. 38. nu. 8. & 9. docent attendendum esse statum antecedētem, secundum quem si indigeant posse Episcopum elargiri suis, non tamē vt eleuentur ad statum nobiliorē, & indē ditiores fiant; quod probatur ex S. Ambrosio loco fūprā citato, & ex Sacro Concilio Tridentino, quod tantūm conce-*

S

dit Episcopos de bonis, & redditibus ecclesiasticis dare suis, cū pauperes existunt, & vti pauperibus dumtaxat, sed pauperibus non datur eleemosyna, vt ab eorum statu ad altiorem eleuentur, sed tantum ne indigeant, habeantque necessaria ad viatum secundum eorum statum, &c. Hanc etiam sententiam aperte videtur tenere Rosella uerb.

Clericus 4.num. 11.

Alij verò docent posse Episcopos ex 55 cedere in dando suis secudum statum eorum antiquum, sed nō multum: Ita Tabiena verb. restitutio q. 19. Vasquez de eleemosyn. cap. 16. dub. sine nu. 17.

Vice versa alij docent posse Episco- 56 pos, & cæteros Beneficiatos de redditibus ecclesiasticis dare suis ad decentem substantiationem statutus præsentis, si indigeant, licet indigentia alioquin non possit considerari, si habeatur respectus ad statum præteritum; aiunt enim, si quis ex humili loco ad episcopatu pingue, vel Cardinalatum assu matur, poterit fratres, & propinquuos eleuare ad altiorem statum; nam licet isti respectu status antiqui non erant pauperes, & indigentes; tamen respectu status præsentis tales reputantur occasione talis promotionis, nec hoc casu ditari dicuntur, consanguinei, quod prohibet Tridentinum, sed dicuntur subleuari iuxta proprium statum, itaut non indigeant, quodammodo enim vilescit dignitas ecclesiastica, & paruipendi vide tur, cum Episcopus, vel Cardi-

nalis habet parentes egentes, ac ipsi Ecclesiæ indecorum videtur: Insupè dici potest, q̄od Episcopus, vel Cardinalis de iustitia tenetur ad hoc, quia eius consanguinei, & affines, vt decorem seruent Episcopi, vel Cardinalis maiores faciunt expensas, quarum ipsi sunt in causa, ergò ex iustitia tenetur ad reficiendas has expēsas superfluas, quas vtique non facerent si non essent consanguinei Episcopi, vel

57 Cardinalis. Ita Nauarrus loco cit. monit. 27.nu.4. et 5. Molina d. disputat. 14.vers. dubium Sanchez d. cap. 2. dub. 38. Reginaldus d. lib. 30. tit. 3. cap. 7. nu. 108. vers. ceterum, Cardinalis de Lugo disputation. 4. sect. 4. sub nu. 70. vers. alij tamen merito, quod admittit Pater Bardus loco cit. sect. 15. nu. 4. solum in consanguineis strictoris gradus, puta si Episcopus habeat filios, sorores, fratres, vel consobrinos ex sororibus, fratribus, respectu quorum dicit complectēdam doctrinam prædictam; nam prædicti consanguinei cum sint in gradu stricto cum Episcopo, si remanent in illo statu infimo, in quo reperiuntur videtur sors infime conditionis redundare in ignominiam Episcopi: Idcirco promouēdi sunt ad statum aliquātulum sublimiorem: Hæc Bardus.

Aduertunt tamen Molina, Reginaldus, et alij citati, quod hoc moderate faciendum est arbitrio prudentis, & moderati viri spectatis circumstantijs omnibus, vt tantum consanguineis elargiatur quantum requiri videbitur, vt deductus non sit

sit ipsi beneficiato, siue Episcopo propinquos tam sibi arcte coniunctos adeo pauperes habere: Ita etiam ex Silvio 2. 2. q. 185. art. 7. §. sed queri potest Bardus loco cit. alias, si 59 excederet, non esset amplius pium opus, sed profanum, nec posset Episcopus recta conscientia ex superfluo sue congruae contra praeceptum Tridentini ditare consanguineos.

Observandum etiam dicit Molina, 60 quod si Beneficiatus praeter redditus beneficij habeat alia propria bona, de quibus ad sui libitum disponere poterit; at tamen potest de redditibus sui beneficij subuenire consanguineis egentibus ad eorum congruam substantiationem; quoniam superfluum sui beneficij tenetur expendere in operibus pii; haec autem subuentio etiam opus pium est; ac proinde satisfacit sua obligationi; laudabilius tamen 61 faceret, si de alijs proprijs bonis suis illis subueniret, & superfluum sui beneficij in alios usus pios expenderet. limitat etiam Molina supradictam suam doctrinam, si tales consanguinei, alios parentes diuites haberent, & possent illis subuenire; nam tunc non licet beneficiatis praeuenire tribuendo illis superfluum beneficij: Ita Molina d. disp. 1. n. 146. ver. nullud praeterea. Cardinalis vero de Lugo loco cit. con- 63 filium tribuit, ut Praelatus possit suae conscientiae consulere, si consanguineos habeat aptos loco officialium, vel familiarum illos assumat; nam hoc decorum ei esset, ac sine prejudicio pauperum: quod

ego certum puto quia in cap. relatum il 2. de testa. Alexander tertius permittebat Praelato Ecclesie ut possit dare consanguineis ratione seruui praestiti de rebus Ecclesiae, ubi Abbas sub nu. 8. Redoanus de spol. q. 3. §. stantibus nu. 8. 9. & 10. qui limitat dummodo sub hoc praetextu non faciat largas elargitiones in fraudem.

Multi etiam asserunt, quod Episcopus, 64 Cardinalis, vel quilibet aliis beneficiatus ad finem subleuandi consanguineos possit non solum dare illis ad subleuandum statum praesentem, sed etiam tantum, ut etiam in futurum ita manuteneantur fraudando redditus perpetuos, ut in futurum nunquam indigeant. Sicut de iustit. lib. 10. art. 4. in 2. conclusione, in qua habet haec verba. Atque adeo neque fratres habent quibus 65 debeant maius instituere, aut aliter in perpetuum propidere non quibus habere filios, quam pauperes, neque consanguineos aliter propidere, quam pauperibus, haud enim his debet erogare quibus sua sufficiunt, ut habetur e. Pastor Ecclesiae p. 2. q. 1. quamvis documentum hoc non suam rigore intelligendum est, sed ignano salis, hoc est naturali equitate condendum, haud enim ubi scandalum caueri potest ibi est prorsus iustendum si Episcopus, qui pingui Ecclesie prefectus est consanguineos antea indigentes quodam cuius medietate honestet non pro sua sacra iusta, sed pro suis successoribus in perpetuum, non inquam locupletia creat privogenitorum iura, sed ut quadam sensu fecundum illi m-
care

care possint, ut absq; necessitate dein-
cep̄t r̄vitam ducant, si enim qui v̄-
gint i sunt, & plura, imo quindecim
habent ducatorum millia quartā par-
rem in pauperes, & pios v̄sus eroga-
uerit profectō ab omnibus conceditur
fuo debitu fecisse fatis, & si tertiam
in tales v̄sus dispensauerit nihil ab
eo amplius quantum ad cauendam
culpam res attinet desiderabitur; cum
erga residuum absque ullo scandalo
possit licet in proprios v̄sus consumē-
re, enī non licet ex reliquis sumptui-
bus tantillum quotannis admere, ut
possit honesta substantatione, eamdēq;
perpetuam alicuā cōfanguineo relin-
quere sed faror, scandalum attente
semper esse cauendum, qui tunc ve-
que cauebitur, dām subdisi amplas
pro eius facultate viderint Antistetē
eleemosynas profundere, & quod dat
consanguineo de suis proprijs sumptui-
bus succidere. Neque vero ipsum eo-
usq; bocupletare: Hoc igitur nō quod
superbis, & ambitiosis velim induc-
tum iri dixerim, sed, ut quod mihi
66 rai veritas affert non difficeat. Haec
Soros, quem sequuntur Molina de
prīmogenit. lib. 2. cap. 10. Sanchez d.
ts 2. dub. 28. m. 10. hanc eamdem
sententiam videtur sequi etiā Can-
dinellis de Lugo locu cit. na. 71: vbi
habet hæc verba. Dubitari soleat
hoc p̄dicto an ad hunc finem subleuā-
di cōfanguineos posset illis dare nō
solum quod necesse habens prætempo-
re præfensi, sed quod in futurum de-
feruāt fundādo redditus perpetuus,
quibus ipse, & coortus posteri decenter
v̄nuero possint. Respondetur posse id
fieri dāmmodo moderatam sū; et non

ob familię memoriam principaliter fiat,
sed ex pietate ad posteriorum indigē-
tiā subleuandam. Ita Molina lib.
2. de primogenit. cap. 11. quem refert,
& sequitur Sanchez d.c. 2. dub. 28.
num. 10. Probari autem potest, quia
non solum expeditur piē quod datur
indigenti, ut hoc mense, vel anno ui-
uat; sed quod datur ei, ut in posterū
decenter uiuat, immo non debeat se-
lum in vita dare, ita ut post mortem
debeat restituere, sed potest absolue-
rari absque onere restituendi, & tū
facultate trāsfrendi ad posteros, ut
constat in doce, quæ pie datur Virgi-
ni nubili, cuius fractibus, & ipsa po-
test uiuere, & eius filij etiā frui, cur
ergo non poterit Prelatus Nepoti in-
digenti dare absolute vineam, & do-
num, quibus decenter iuxta suum
statum uiuat, & quam posteris pos-
sū relinqueret poterit ergo fructus,
& redditus illas pro eius etiam poste-
ris in perpetuum assignare, in quo sē-
su uera esse potest sententia Sori, &
Cordubē apud eamdem Sanchez di-
centium posse Episcopum primogeni-
turam fundare pro suis posteris, ni-
mirum cum limitatione explicata, si-
cū etiam posset fundare Ecclesiam,
Capellam, & hospitale, & præcura
Capellæ, & hospitale, & Iurepa-
tronatus aliquid annuum maderatū
confanguineis in perpetuum relinque-
re; hoc enim principaliter reducitur
ad opus pium, cuius fundatio ex con-
gratiate quadam affert secum illos
sumptus pro ea, qui eius curam ut pa-
tronatū habere debet, ut fatentur præ-
dicti Doctores Flædo de Lugo.
Post hæc cumulata vidi Hurradum
d.lib.

o 7 d.lib. 2.ref. 1.nu. 165. cum sequentibus, vbi ita scribit. Secundum subcorollarium est, non esse opus profanum, sed honestum, & pium si aliquis a nascituritate humilis, & pauper, scirtute sua, & litteris electus sit ad magistrum aliquam dignitatem ecclesiasticam posset consanguineos suos in eadem paupertate existentes, maxime si sint fratres, aut nepotes eos. euehere (si alijs pauperibus sua Provincie eleemosinas ficerit competentes) ad aliorum, quorum suo habent statum; Si tamen aliorum non sit quam decet, sed talis, ut pro conditione sua abundantiter habeant in praesens, & in futurum non solum quod simpliciter necessarium est, sed etiam quod ad melius, quod excedit magister Latora n. 43. ad Amoros (quod ego cum grano salis velle intelligi; est enim nimis laxa licentia) sed subcorollarium: nostrum tenet Melina, Sanchez, Navarrus, Cardinalis de Lugo locis cit: contra V. aqnezz op. de eleemosyna cap. 6. n. 17. ex alijs, quos & refert Sanchez dub. 38. nu. 7. non enim hoc est profanum, eum pertinet ad detentiam, & decorum ipsius beneficij in altera dignitate constituti: indecens enim est, quod pater, mater, soror, frater, aut nepos alicuius Cardinalis, aut Archiepiscopi artes mechanicas, aut viles exercerent, maxime si talem consanguinitatem habere normam sit; Ut tamen opus istud pium sit, non debet exerceri affectu carnis, & sanguinis, sed impenitenti a modestia, & pietate Christiana, ac religiosa, sicut de sanctissimo S. P. Pio V. narrat Navarrus. Hec Hurtadus loco cit. n. 165. ad 6. & 167:

Vidisti o bone, & eruditus lector quae
68 Doctores scripscrunt in hac materia, & certe Cardinalis de Lugo vir eximius fuit non solum doctrina, verum & dignitate. Dominicus Sotus inter Dominicanæ familiæ Alumnos primarius, Thomas Sanchez inter Patres Societatis Iesu nemini secundus, & sic etiam Melina, & alij, quos cito au. Verum ego (parcant mihi omnes) non audeo discedere à doctrina S. Thomæ, ad cuius mentem hoc elaborauit opusculū, & duas conclusiones statuo.
Prima conclusio non licere Episcopis,
69 Beneficiatis, & quibuscumque redditus ecclesiasticos possidentibus ex iisdem redditibus ita dare suis consanguineis, ut eorum status mutetur in altiorem, & nobiliorem: Hec conclusio est expressa S. Tdub. d. q. 18. 5. art. 7. ad secundum, vbi postquam dixit, quod de eo, quod ultra Episcopi subuentione, vel alicuius Cleriei est deputatum velit aliquis sibi subtrahere, & consanguineis vel alijs dare non peccat, statim subdit, Dum modò illud faciat moderatè, scilicet ut non indiget, non autem ut ditiones fiant. Unde Ambrosius in lib. de Officijs hæc est approbanda liberalitas, ut proximos seminiis tui ne despicias, si ergo e cognoscas, non autem ut ditiones fieri velis: Hec expressè S. Thibmas, qui docet ex S. Ambroso d. dum esse consanguineis, si egerint ad sublevarandam eorum paupertatem, non autem ut ditiones fiant scilicet ut eleventur ad statum sublimiorum; hoc enim impedit illa vobis,

ba, non autem ut ditiores fiant; ditiores enim sunt semper ac elevantur ad statum sublimiorum, & Caietanus ibidem dicit, nota altera conditionem appositam respectu 71 consanguineorum, vel aliorum, scilicet moderare, & exponit penes quid attenditur huismodi moderationis, scilicet penes exclusionem indigentiarum, & non penes appositionem diuitiarum; ergo Episcope consanguineis, ut non indigeant, non ut diuites fiant, dixi alteram conditionem, quia altera iam dicta erat, quod non debet de debitis alijs, sed de debitis usui Episcopij nam de debitis Ecclesie, aut pauperibus non potest nisi sicuti unius alteri pauperi distribuendo dare, sed de suo deputatis usui potest pro suo libito dare. Hec Caietanus; hanc sententiam etiam tueretur doctissimus Vasquez de eleemos. cap. 4. sub nro 14. & nro 17.

Hec conclusio est secundum voluntatem Christi Domini Ecclesie Sacrosanctorum Sponsi; voluit enim ipse Ecclesiam suam aliter ac est principatus temporalis luxum, & pompam humanam procul abesse à suis statuit, ut legenti Sacrosancta Euangelia patet; diuersas esse, dixit, vias suas à vijs hominum; totum superfluum, quod erat suis iussit dare pauperibus, non autem ex illis principatum aliquem constitutere: perfectionem totam consistere dixit in prestatione eleemosynarum, non in principatu seculari, dicens illi adolescentiori, qui perfectus es cupiebas, si vis perfectus esse va-

de, & vende omnia bona tua, & da pauperibus, totum, quod in Ecclesia est: suo sanguine in Crucem acquisiuit pro pauperibus, ut efficiare Beatum Laurentium Iustinianum cap. 4. de Institut. & Regim. Prelatorum, & Opus. c. de compunctione, & complanectu Christianae perfectionis, non autem aequisiuit, ut Ministri Ecclesie darent suis, illosque ex pretio sanguinis eius descere, & subleuare in statum nobiliorum; statum namque humandum, & nobilitatem terrenam, seper abhorruit, dum in terris fuit, dum ergo ecclesiastici consanguineos ditant, eosque eueniunt ad sublimiorem, & maiorem statum, & principatum, seu secunda constituendo ex bonis ecclesiasticis; dupliciter contra Dei, & Christi Domini voluntatem, faciunt primum, quia, 75 vt diximus Christus Dominus ordinavit, ut superflua dentur pauperibus, propter quos thesauros in Ecclesia acquisiuit. Secundo quis hec omnia terrena abominatus est Dominus noster Iesu Christus. Ideo dicebat Apostolus si conforteremus cum Christo quae sursu sunt querite, quae sursum sunt sapientie, non quae super terram. Secundo, hanc conclusio est secundum 77 antiquum Ecclesie morem, & iuxtam mentem Sac. Canonum, praesertim Sac. Concilij Tridentini, qui ducentaxat permittunt Episcopo, & ceteris beneficiatis dare consanguineis pauperibus ut non indigeant, non autem est ut ex redditibus Ecclesie, qui relationem habent ad pios

pios v̄sus , alimoniamque pau-
rum (quia Dei sunt) ditentur, &
subleuentur : Cum enim Cano-
nes , & Patres permittunt Epi-
scopis dare consanguineis de red-
ditibus Ecclesiasticis , semper ap-
ponunt illam clausulam . Si paupe-
res sunt vt nō indigeant, & prohi-
bent exp̄sē consanguineos Pr̄e-
latorum fieri ditiores ex bonis Ec-
clesiæ , quæ Dei sunt ad v̄sus pios
pauperum alimoniam deputatis ,
& clarè etiam probatur , quia vel
Pr̄elatus vult eleuare suos ad altio-
rem statum , ex redditibus sibi at-
tributis , qui supersūt ad propriam
substentationē , & non potest , quia ,
licet de illis dominium acquisiu-
rit ; attamen superabundantes ha-
bent illam qualitatem , eisque onus
infixum , vt expendantur in pios
v̄sus , & pauperum alimoniam ; di-
tare autem ex his consanguineos ,
& subleuare ad altiorem statum nō
est opus pium , sed potius scanda-
losum , quia res Dei non benè ex-
penduntur ad hunc scilicet luxum
mundanum ; vel ex alijs redditibus
Ecclesiæ ; & tunc à fortiori nō po-
terit , quia hæc sunt Ecclesiæ , sunt
pauperum , & de his fidelis dispen-
sator dicitur , nec Pr̄elatus potest
cū pr̄iudicio Ecclesiæ , & pauperū
ditare suos , vt benè notauit , & cō-
siderauit Caietanus .

Neque valet dicere , quod indecorum
est Episcopos , Cardinales , & alios
habere consanguineos in statu in-
feriori , & pertinere ad Ecclesiæ
decorem hos ad statum sublimio-
rem subleuari , vt asserunt Docto-

res citati , quia imitari debemus
primum , & supremum Pontificem
maximum Christum Dominū ve-
rè Dei filium æqualem ei secundū
Diuinitatē , qui pauperrimè vixit ,
pauperesque voluit habere consā-
guineos , & cū mater filiorum Ze-
bedei petiisset à Christo Domino ,
vt filios suos eidem consobrinos
sedere iuberet vnum à destris , & al-
terum à sinistris , respondit , Ne-
scitis quid petatis , calicem promi-
sit bibituros ; sedere autē à destris ,
vel sinistris (idest dignitates) qui-
bus paratum erat à patre suo ; nil
enim dedit cōsanguineis Christus
Dominus nec eos eleuauit ad sta-
tum sublimiorem , cum potuisse
omnia eis dare ; & ad sublimē sta-
tum in mundo subleuare , pauperes
esse voluit , vt ipse fuit ; paupertas
enim fuit Christi Domini supre-
mi Pontificis patrimonium , hanc
haud aborrere debent Ecclesiasti-
ci , nec decet sub capite spinoso
membrum esse delicatum , nec hæc
paupertas dedecus affert ecclesiasti-
cis , sed potius honorem , vene-
rationem , ac quam maximam edi-
ficationem , sicuti ditare cōsanguineos
ex redditibus Ecclesiæ magnā ,
& quotidianam murmurationem
parit , dedecus est Pr̄elato habere
consanguineos malos , vitiosque
plenos , non autem illos esse paupe-
res , sed virtuosos , virtutes , nō di-
uitia venerandum constituunt ho-
minem : Ideò Pr̄elati eleuare suos
potius ad statum virtutum , quā ad
statum , & luxum mundanum , le-
gimus de multis summis Pontifi-
cibus

87 cibis, præsentim de Beato Pio V. qui noluit dare consanguineis supra statum secundum quem erant ipsi nati; hos enim, quos scimus, certè in æterna gloria collocatos, quam alios, de quibus incerti sumus, imitari debemus, & sicut illi salutem animæ in tuto posuerunt
 88 ambulando per strictas, & certas semitas, ita & nos nec eternitatem Gloriæ debemus ponere in discrimine scindendo largas opiniones; nescio enim an in altera vita Divinum Tribunal has admittat opiniones, ac illis suum concedat beneplacitum. Insuper (quod me terret) à maioribus meis audiui,
 89 & ipse expertus sum familias quæ plurimas ad altiorem statum ex redditibus ecclesiasticis subleuatas breui temporis interuallo extintas fuisse iuxta illud Prophetæ, Vidi impium superexaltatum, & eleuatum, sicut cedrus libani transiui, & ecce non erat locus eius. Vide Barbosam d.c. 17. n.48. & 49.
 At scripta lani intelligenda sunt, &
 90 cum aliquo moderamine, conlusionem accipias benigne Lector; Concedimus enim vltro quod cū quis ex humili progenie sua virtute euectus ad conspicuam aliquam in Ecclesia dignitatem, habeatque consanguineos strictioris gradus exercentes aliquam vilem artem, possit hos suos ad ciuiliorem statum transmutare. At quod omnino negamus est, quod possit illos
 91 euehere ad statum sublimiorem, eisque principatus, maioratusque parare, diuitesque magnos facere

ex redditibus Ecclesiæ, & repente à statu infimo ad altissimum commutare; esset enim hoc monstruofum, scandalosum, & murmuratione dignum; cum moderamine enim agendum est; cum Dei magno timore, & reverentia redditus ecclesiastici sunt expendendi, quia sanguis Christi Domini sunt, hanc moderationem seruandam in huicmodi elargitionibus docuit. S. Thomas in saepè cit. art.6. ibique Caietanus, & cum eis Molina, Reginaldus, & cæteri strictioris censoræ Doctores arbitrio prudentis viri hoc relinquentes, qui spectatis circumstantijs omnibus id arbitrentur, & tantum dandum est, quantum sufficit; vt dedecus merito non sit ecclesiasticæ personæ propinquos sibi strictim coniunctos adeò pauperes habere, ita etiam ex Silvio 2.2.q.185.art.7. vers. sed queri potest notauit Bardus loco cit. & optimè Ripa loco supra cit. n. 165. quia paupertas, & natura sūt, quæ causam erogationi præstant, non gratia, nec affectio, & num. 175. ait, quod modus erogationis optimus erit, si ad tria erogator animaduertat videlicet ad honestum, necessarium, & debitum; nam assignari determinatam præstationis regulam in singulis impossibile videtur, quia in singulis cōditiones, quæ considerandæ sunt dinumerari facile non possunt, erogantem ergo doceat ratio, & prudentię cōsilium; alias si excedat non opus pium, sed profanum esset, nec Episcopus recta conscientia ex superfluis

ex superfluis poterit ditare suos sibi
obstante Sac. Concil. Trident. vt idē
Author benē considerauit, sed hoc
95 opus hic labor est; quis tām pru-
dens, tām rectus Prælatus est, vt se
contineat intrātramites huius mo-
derationis? quis est hic, & laudabi-
96 mus eum, fecit mirabilia in vita
sua, difficillimum hoc puto, hac tē-
pestate; amor enim erga suos val-
dē vehemens est, hic enim alluci-
97 nat, & captiuat nos ad multū elar-
giendum, & semper minimū, &
parum, quavis multum sit quod
elargitur: se mota verò fraude pos-
98 sunt Episcopi benefacere suis pro-
ratione status, & conditionis, cum
maiorem pietatem in suos exerce-
re debeant, quām in extraneos, vt
loquitur S. Thomas: optimè Pa-
ter *Fragosius de republica Christiana*
tom. 2. lib. 8. cap. 2. nū. 19. Hanc
moderationem, & si multi Summi
99 Pontifices, Cardinales, & Episco-
pi obseruarunt, attamen Sanctissi-
mus Dominus noster Innocentius
Diuina Prouidentia Papa XI. ne-
dum obseruat, sed meliora charis-
mata æmulatus, & toto Orbe ter-
rarum plaudente, prorsus neque
ad carnem neque ad sanguinem
respicit: immo Apostolicis exem-
plis suis, Constitutionem prisco
Ecclesiæ statui, Regulis, Sacrorum
Canonum, Conciliorumque vni-
uersalium Decretis Sæctorum Pa-
trum dictis, & naturæ bonorum
ecclesiasticorum conformem, ad
dāndam etiam posteris scientiam
salutis, non sine maximo bono, &
spirituali utilitate Catholicæ Ec-

clesiæ, tanti Pontificis illustratæ
exemplis, & doctrinis, prope diem
additus, & editurus fama perhi-
betur. Quod si præcessisset in Eccle-
100 sia Dei magna illa calamitas, de
qua Thelophorus de Cusentia in
suo tractatu de magna persecu-
tione Ecclesiæ, atq; Pater Solutius
in suis carminibus, dicere verè pos-
sem, quod hic est ille Papa Angelicus,
quem post illa persecutionem
prædixerunt idem *Theloporus in*
dict. tract. Sanct. Catherina Senen-
sis, & veneranda Dei serua Soror
Ursula Benincasa in suo opere esta-
tico,

Secundam pono conclusionem, & di-
101 co, consanguineis pauperibus ex
redditibus ecclesiasticis posse Præ-
latum moderatè dare iuxta statum
propriæ natuitatis, non solum vt
non ægeant in præsenti, sed neque
in futuro, quam conclusionem be-
nè probat Cardinalis de Lugo,
quia scilicet cuilibet pauperi possu-
mus dare non solum vt ne in præ-
senti sit egestate, sed nec eius fami-
lia in futurum panē querat, quod
magis pium est. sicuti dare dotem
puellæ pauperi; Si hoc enim possu-
mus facere cum quolibet paupere,
quanto magis hoc idem opus più
facere possumus, & debemus cum
illis, quos Deus nobis sanguine, &
maiori vinculo copulauit? attentè
102 tamen, & terminos non confun-
das; aliud enim est subleuare suos
ab uno statu, nempè natuitatis ad
alterum sublimiorem statū ex red-
ditibus ecclesiasticis, aliud est quip-
pè eis dare vt non egeat neque in

T fu-

futurum secundum proprium statum, in quo nati sunt; primum enim dicit immoderatum affectum, & luxum humanaum; secundum vero opus moderatum pium. Primum contra expressam mentem Sa-
ceror. Canonum, secundum vero ab eisdem approbatum, quia permit-
tunt dare consanguineis ne egeat.
Ex actionibus cumulatis deducimus pos-
103 se patrem, vel fratrem de fructibus ecclesiasticorum honorum alere filios, vel fratres, siue sorores, etiam si legitimi non sint filii, vel fratres, seu si pauperi sint, & sororibus do-
tem ex talibus bonis constituere, ut patet ex cap. peruenit de arbitris
104 Molina d. disput. 146. vers. illud Reginaldus loco cit. nu. 102. Barb. d. cap. 17. nu. 35. & 36. Filliuc. tract. 43. cap. 4. nu. 37. Azorius p. 2. lib. 7. c. 10. q. 10. Facundez ad precepta de calogi lib. 4. cap. 17. n. 2. cum sequen-
tibus; Ius enim Canonicum alimē-
ta talibus cōcessit cap. cum haberet de eo, qui duxit quem polluit perad-
ult. d. cap. omni n. 3 i. dist. ubi Glosa in verbo dat de mercede, & si alimē-
ta præstare potest, & iam dotem dare poterit, quia dos loco alimen-
torum succedit.

Neque obstat Constitutio Pij V. qui
105 incipit quæ ordini 117. quia per istam constitutionem Pius V. reuocauit facultates elargiendi il-
legitimis etiam legitimatis aliquid de redditibus ecclesiasticis quoque modo quæsitis; non tamē ve-
tuit dare quæ ipsum ius naturæ po-
sculat, quia hoc non est priuilegiū,
neq; continet indultum, seu facul-

tatem. Nauarrus de spolijs Clerico-
rum cap. 19. à. nu. 9. cum sequentibus
Azorius d. cap. 10. vers. 11. vbi la-
tè Facundez lib. 4. cap. 17. nu. 8. &
de iust. lib. 6. sub. nu. 32. vbi etiam
106 dicit non constare de viridi ob-
seruātia dictæ constitutionis, & in
d. cap. 17. ampliat ad spurious natos
ex damnato coitu, scilicet cum im-
pedimento deridente &c.
Sed aduertandū est, quod non est cō-
107 cors Doctorum sententia circa
dotem, & alimenta; nam respectu
alimentorum dicunt, Beneficiatū
non solum posse, sed etiam debere
alimenta præstare filio, filiæ, fra-
tri, vel sorori, spurijsque; circa dotē
autem constituendum nō concor-
dant; nam multi dicunt non solum
posse, sed debere, & cogi ad id pos-
se, quoniā dos succedit loco alimē-
torum, & adducunt text. in d. cap.
peruenit de arbitrijs. Couar. de spon-
salibus 2. q. §. 6. nu. 11. Gama decis.
149. nu. 7. Molina de primogenit. c.
15. nu. 45. Nauar. de spolijs clericor.
§. vlt. Filliuccius d. tract. 43. c. 4. n.
37. Pater Fragosius de regimine rei-
publicæ christiane tom. 3. lib. 2. disp.
4. §. 3. Valenzuola consil. 98. tom. I.
Larrea dec. 96. Gonzalez in d. cap.
peruenit de arbitris sub n. 3. qui di-
cit id probari non ex d. cap. peruenit,
sed ex lege metus ff. de iure dotium
& ex l. qui filium ff. ubi pupillus.
Contrarium omnino tenuit Abbas in
108 d. cap. peruenit nu. 1. & 5. Facun-
dez in d. cap. 17. nu. 2. quia dos hęc
datur titulo eleemosinæ, ad quam
quis cogi nequit, nec tenetur ad il-
lam faciendam si vult potest; Si
nequit

nequit compelli non potest, nec idem iudicium est ac de alimentis; quia alimenta, & si eleemosynaliter ter quoque præstantur; tamen dictim dantur; dos autem simul præstatur, sed quidquid sit de hac questione, quæ non ad nos sufficiat dicere, quod potest Ecclesiasticus de fructibus ecclesiasticis dare dotem his personis &c.

Sed quomodo præstanta sunt his alimento secundum necessitatem naturæ, an secundum personæ conditionem. Dubium hoc proposuit Facundez d. cap. 17. n. 12. qui pro vtraque parte Doctores adducit; ipse tamen tenet cum illis, qui docent præstanta esse alimenta iuxta conditionem, & qualitatem, personæ, & secundum qualitatem, sicut dignitas parentis, aut fratri &c.

Obseruandum tamen est, quod licet filios spurios, vel fratres, & sorores possit beneficiatus ex fructibus beneficij alimentare, hoc intelligendum, & temperandum est, quoties bona patrimonialia alioquin non haberent; Si enim propria haberent ex his, non ex ecclesiasticis alimentare tenentur. Ita Molina, Reginaldus, Barbosa, Azorius, & Facundez locis citatis; Assignat rationē Molina, quia cum peccato, & contra id, quod status postulabat ecclesiasticus genuit eos.

Sed aliam rationem assigno, quia scilicet præstatio alimētorum sicut dotis constitutio est facienda tantum titulo eleemosynæ, quia scilicet pauperes sunt filii, fratres, vel sorores; hæc autem ratio cessat, cū

pater, vel frater sit diues in patrimonialibus, cum iure naturæ ad id tenetur, etiam si beneficiatus non esset; iura enim canonica, & Sacrum Tridentinum Concilium permitunt Beneficiatis dare de redditibus ecclesiasticis consanguineis, cū isti pauperes existunt, titulo scilicet eleemosynæ; hoc autem cessat in casu nostro, quia filii, filiae habentes parentes Clericos aliundè ex

i 14 patrimonio diuites, ex quibus bonis tenentur aliqui alere suos; duo enim consideranda in his personis ecclesiasticis, unum est qualitas naturalis, quia scilicet sunt homines, secundum qualitas accidentalis, quatenus sunt ecclesiastici, & beneficiati, & duplicis speciei bona i 15 potest quis possidere, unus sunt bona patrimonialia, alterius sunt bona ecclesiastica, cū ergo quis habet filios, filiasque tenetur has personas subtenere ut homo, nempe pater, absque eo quod ecclesiasticus sit, & de proprio patrimonio, ergo filii, filiae pauperes dici nequerunt, vt de ecclesiasticis bonis illis subueniri possit eleemosynaliter, cum hæc bona in almonia pauperum, & pios vsus sint distribuenda, cum sunt superflua.

Hæc ratio concludit pro filiis, & filiabus, attamen non ita stringit pro fratribus, vel sororibus, quia frater non ita areret, sicuti pater tenetur alere filios. Vnde pro fratribus aliud esset dicendum, sed certum iudicium non profero, sicuti neque de filiis, filiabus, an possit pater de ecclesiasticis redditibus redundantibus eos alere.

De-

Demū Episcopus, sicut quilibet alias
 117 beneficiatus potest de superfluis
 erogare in suos causa litterarum
 humanarum, & studiorum, & cum
 sint pauperes indubitatum est, &
 extra controvēsiā; nām si potest
 extraneos alere in studio, vt dixi-
 mus supra, quanto magis suos cō-
 sanguineos, qui non debent esse
 deterioris conditionis, dubium po-
 test esse cum habeant isti aliunde,
 vt possint substituti in studijs;

attamen credo, quod hoc semper
 poterit agere Episcopus, vel Bene-
 ficiatus, quia cedit in Ecclesiā, Rei-
 publicāq; Christianā vtilitatem, &
 decorē, vt in ea sint homines do-
 cēti, & quia etiā quamplurima bona
 tā in Ecclesia, quā in orbe Christia-
 no obueniūt ex hominibus doctis,
 & eruditis. Vide *Hurtadum d. lib.*
2. resol. 1. num. 171. cōde Lugo loco
cit. nu. 78.



CA

REDDITVVM ECCLESIASTICORVM

47.

CAPVT SEPTIMVM.

De diuisione fructuum Beneficiorum, & Episcopatum vacantium, præsertim in Regno Neapolitano.

S V M M A R I V M .

Multi Doctores tractarunt de spolijs Clericorum, n. 1.

Summi Pontifices varias Constitutiones ediderunt circa spolia, & fructus beneficiorum, n. 2.

Refertur Constitutione Pauli III. n. 3. & 4. Iulius III. qualem edidit Constitutionem, n. 5. & 6.

Idem Iulius declarauit suam Constitutionem, n. 7. & 8.

Pius IV. Constitutionem edidit circa hanc materiam, n. 9. & 10.

Idem Summus Pontifex etiam promulgauit Constitutionem, n. 11.

Refertur tertia Constitutione eiusdem Papæ in hac materia, n. 12.

Pius V. circa fructus beneficiorum, & spolia etiam promulgauit Constitutionem, num. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.

In anno 1587. sub Pontificatu Sixti V. fuit facta concordia inter Cameram Apostolicam, & Clerum totius Regni Neapolitani, 20.

Sixtus V. promulgauit Constitutionem ad evitandas differentias inter Nuntium Neapolitanum, & Clerum Regni, num. 21.

Idem Pontifex in alia Constitutione declarauit, quæ sint spolia, n. 22.

Paulus V. in hac materia suam fecit Constitutionem, qua exemit ciues, & incolas Romanos, n. 23.

Gregorius XV. exemisit Conclavistas, num. 24.

Urbanus, et Clemens IX. etiam exemerunt Conclavistas, n. 25. et 26.

Clemens Papa Nonus concessit indultum Cardinalibus, ut etiam de inexactis possint disponere, n. 27.

Beneficia vacare possunt, vel per obitum, vel resignationem, seu per mutationem, et translationem, n. 28.

Iure communi attento, Clerici de acquisitis intuitu Ecclesie, seu beneficij non possunt disponere, et in his Camera facit spolium, n. 30.

Fructus exacti, et incorporati, sive commixti spectant ad heredes beneficiorum, num. 31.

Differentia constituenda est inter fructus maturatos exactos, et commixtos cum alijs bonis, et inter fructus non commixtos, n. 32.

Quando fructus dicuntur commixti, num. 33.

Bulla Iulij tertij procedit ubi non sit spolium, sive ubi non sunt Collectores, n. 34.

In Regno non sit spolium de exactis, quia adest compositio, n. 35. Exactio debet fieri tempore debito.

Cum beneficiatus obit fructibus maturatis à solo separatis, verum non realiter exactis multi dicunt spectare ad heredes, n. 36. et 37.

Vsufructuarius si moriatur fructibus maturatis, et à solo separatis transmetit hos ad heredes, n. 38.

Affictus pro fructibus vsusfructuarius transmetit ad heredes, si moriatur fructibus perceptis per colonum, num. 39. 40. et 41.

Beneficiatus transmittit ad heredes affictus,

V

affictus, seu responsones, que soluuntur pro fructibus, si moriatur fructibus per Colonum perceptis, n. 42.

Fructus maturati, percepti, seu a solo separati; nondum ramen realiter exacti non ad heredes, sed ad successorem in beneficio spectare iure communi attento qui dixerunt, n. 43. & 44.

Post Bullam Iulij tertij est indubitatum, n. 45. 46. & 48.

Constitutio Iulij tertij loquitur de omnibus fructibus ex quacumque causa debitibus; n. 47.

Secus ubi extat contraria consuetudo, pro ut in Hispania, n. 49.

In Regno Galliae non fit spolium, n. 50.

Fructus ciuiles pro rata temporis diuidendos, qui scripserint, n. 51. & 52.

Etiam si dies solutionis non cesserit, n. 53

Fructus pendentes diuidendos prorata Couarruias, & alijs, n. 54. & 55.

Contrarium docent alijs, n. 56. 57. 58. 59. & 60.

Attento iure communi mortuo Beneficiario ponebatur Aeconomus, n. 61.

Praxis Regni, n. 62. 63. 64. 65.

In Regno adsunt quamplurima Cathedrales, in quibus fructus sunt communes, & in his non fit spolium quando diuiditur massa in ratione seruitij, n. 66. & 67.

Praxis Regni, dum Episcopi obcunt, n. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. & 75.

Camera satisfacit debitibus mortui Episcopi, cum fuerint facta intuitu Ecclesie, alias secus, num. 76. 77. 78. 79. 80.

& 81.

Consilium Authoris, nu. 82. 83. 84. 85. & 86.

S.R.Ecclesie Cardinales omnes fructus etiam inexactos transmiserunt ad heredes, n. 87.

Cum Beneficiatus resignat simpliciter beneficium, omnes fructus exactos, et incorporatos facit suos; inexactos vero usque ad diem resignationis admisse, num. 89. 90. & 91.

Etiam affictus, qui soluuntur pro fructibus, si decesse fructibus perceptis per Colonum, n. 83.

Requiritur, ut beneficiatus resignans reseruet sibi fructus maturatos; alias ceteretur dimisisse, n. 63. 94. & 95.

Resignans post datum consensum, & resignationem admissam, non potest amplius exigere fructus, n. 96.

Fructus pendentes attento iure communi spectant ad successores, n. 97.

Idem est de ciuilibus, ac naturalibus, si dies cesserit solutionis, num. 98. 99.

& 180.

Hondedeus, & alijs docent fructus ciuiles prorata diuidendos, n. 101.

In resignatione ad fauorem quomodo fructus diuidendi, n. 102. 103. 104. & 105.

Sacra Rota semper facit distinctionem inter vacationem per obitum, & resignationem, sic inter actum necessarium, et voluntarium, n. 106. 107.

Fructus inter permutantes diuiduntur sicut in resignationibus ad fauorem, n. 108.

Quid obseruerit in Regno in vacatione per resignationem, n. 110. 111. 112 et 113.

Episcopatum resignatione ad fauorem non est ita facilis, sed Cardinalibus permittitur, n. 114.

Simplex resignatione Episcopatum permittitur, dummodo Episcopus aliunde habeat, n. 115. et 116.

Fructus debentur Episcopo usque ad diem

- diem resignationis, n. 117.
- Praxis Regni Neapolis*, n. 118.
- Inter Episcopum, et Ecclesiam contrahitur matrimonium spirituale, et ideo magnam causam exposcit translatio*, num. 119. et 120.
- Translatio non est prohibita iure diuino*, n. 121.
- Est de maioribus Ecclesiæ*, n. 122.
- In translatione an requiratur consensus translati*, n. 123.
- Nouum cōtrahitur matrimonium*, n. 124.
- Translationis due cause*, n. 125.
- Translationis causa Authoris ad Ecclesiam Policastrensem*, n. 126.
- Translatio idem importat, ac mors*, n. 127.
- Facta translatione Episcopus amittit omnia iura prima Ecclesiæ*, num. 128. et 129.
- Translatio incipit valere statim à die pronunciationis*, n. 130.
- Mors civilis eundem habet effectum, ac naturalis*, n. 131.
- Episcopus post faciem translationem, nullos percipit fructus, neque exactos*, n. 132.
- Refertur sententia Rotæ in antiquis*, n. 133.
- Quid scripsit in hac materia Petrus Barboſa*, n. 134. et 135.
- Refertur sententia Sarmienti*, n. 136.
- Ioannis Honor. sententia*, n. 137.
- Putei decisio*, n. 138. et 139.
- Frances opinio*, n. 141.
- Observantia Sacri Consilij Neapolitani*, n. 142.
- Ioannis Baptiste Spada sententia*, n. 143. et 144.
- Constitutiones Pontificias in materiis spolijs, non habere locum in traslatio-*ne, n. 145.
- Refertur quid senserit Rotæ in dec. 278.*
n. 146.
- Fructus, quos recipit translatus suos fa-*cit, n. 147.
- Non est verum, quod mors ciuilis equi-*paretur naturali, neque eosdem produ-
- cat effectus*, n. 148. et 149.
- Fructus maturatos non exactos an pos-*sit petere translatus, nu. 150. 151. et 152.
- Pendentes non potest petere translatus*, n. 153.
- Quid dicendum attentis Constitutioni-*bus Ponificij, n. 154.
- Refertur opinio Lotterij*, n. 155.
- Explantur Constitutiones Pij IV. et V.*
n. 156. et 157.
- Item Constitutiones Iulij Tertiæ, et Sixti Quinti*, n. 152. 159. et 160.
- Praxis Regni*, n. 161.
- Afferuntur verba Lotterij*, n. 162.
- Intrusus non facit fructus suos, neque male prouisi*, nu. 163. 164. 165. et 166.
- Quomodo dividantur fructus inter Ti-*tulariem, et heredes pensionarij, num.
168. 169. 170. 171. et 172.
- Cum moritur Titularis, Successor quo-*modo teneatur, nu. 173. 174. 175.
176. 177. 178. 179. 180. et 181.



Ateria hæc est vasta, & requireret integrū tra-

ctatum; Verum quia multi Doctores de ha-

re latè scripserunt, præsertim do-

ctus Gulielmus Reodanus, qui de

spolijs Clericorum volumen cō-

pilauit, atque etiam Ioannes Azo-

rius, Martinus Nauarrus, Vincen-

cius Fillucius, & alij; Ideò non

mul-

multum insistam, sed quantum fieri poterit materiam attingam, quantum scilicet opus erit pro huius tractatus integritate.

- Ecquidem præmittendum est in diuersis temporum curriculis,
- 2 Summos Pontifices varias emisisse Constitutiones circa hanc materiam, & in primis inuenio Pauli Tertiij Constitutionem 29. in ord. in nouo Bullar. tom. primo. fol. 658. edit.
 - 3 tam in anno 1542. quæ incipit: *Romani Pontificis prouidentia*; in qua Constitutione Summus ille Pontifex, quia multi erant, qui iuria Cameræ Apostolicæ usurpare, & defraudare conabantur; & in dubium reuocare, an res, & bona spolia nuncupata Prelatorum, etiā Pontificali, vel alia maiori dignitate fulgentium, cæterarumque personaram Ecclesiasticarum, Secularium, & Regularium tempore obitus ipsorum remanentia, ex eo quod Romano Pontifici pro tempore existeti, & Cameræ præfatæ reseruata fore aliqua generali Apostolica constitutione forsitan non cauebatur in §. 2. ita statuit:
 - 4 *Nos, etsi satis evidenter constet, et appareat Prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, et nostram indubitatam intentionem, et voluntatem semper fuisse, ut spolia huiusmodi ad dictam Cameram, et non ad alios spectarent, et pertinerent, et quod pro eadem Camera exigerentur, cum prædecessores prefati diuersos dictorum spoliorum, ut ad Cameram prædictam spectantium, et pertinentium Collectores, et Exactores in-*

varij Provincijs, et locis deputauerint, et constituerint, et Nos deputauerimus, et constituerimus, varie quoque literæ ab eisdem prædecessoribus, et à Nobis super exactione aliquorum eorundem spoliorum, in quibus spolia huiusmodi ad præfatam Cameram spectare expresse coninebantur, emanauerint, ac semper de illis dicti Prædecessores per plerasque alias literas tanquam de rebus ad Cameram prædictam pertinentibus donando, vel transfigendo, aut alias diuersimode disposuerint, & nos disposuerimus, necnon ea ab antiquissimo tempore circa dicta Camere nostra nomine exacta, & inter iura ipsius Camere connumerata fuerint; ne tamen præmissorum veritas deprimi, & mendacium dejuper in præfata Camere præiudicium locum sibi vendicare valeant, attentes, quod iniquum esset, si ex Apostolice Sedis benignitate, vel aliarationabili causa ad singula queque loca Collectores non destinarentur; iura ipsius Camere propterea depereant, dubium huiusmodi enucleare, ac in præmissis opportunè prouidere volentes, motu proprio, et ex certa nostra scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine declaramus res, et bona huiusmodi, spolia, ut prefertur, nuncupata in quibus suis Regnis, et dominiis tam citra, quam ultrà montes, et maria consistentia, quæ pro tempore post obitus Prelatorum, et personarum prædictarum quantumcumque etiam, ut prefertur, vel alias quomodolibet qualificatarum etiam Cardinalatus honore fulgentium, qui vel nullo condito

dito testamento, vel absque sufficien-
ti facultate, aut ultra quantitatem,
de qua facultatem habuerint condito,
decesserunt, decedent, remanserunt,
remanent, & remanebunt etiam
quod ad illa recuperandū aliqui Col-
lectores deputati non fuerint, ad Ca-
meram Apostolicam, & nō ad alios,
etiam in quibusvis Cathederalibus,
etiam Metropolitanis, & Collegia-
tis, ac aliis Ecclesiis, Collegiis, Mo-
nasteriis, ceterisque beneficiis Eccle-
siasticis cum cura, & sine cura Secu-
laribus, & quorumvis ordinū Regu-
laribus &cicumque qualificatis suc-
cessores illa in titulum, commendam,
administrationem, & alias quomo-
dolibet pro tempore obtinentes, etiam
si ad illa vigore prioris tituli ius re-
grediendi, seu accedendi, vel ingre-
diendi consensum fuerit spectasse, ac
spectare, illaque tamquam ad ipsam
Cameram spectantia perpetuò colligi,
& recuperari potuisse, & posse, atque
debere, & ita, ut præfertur, eorum
dem Pradecessorum, & nostram in-
tentionem, & voluntatem semper
fuisse fidem facimus, & attestamur
perpræfentes.

Iulius Papa Tertius successiū
5 Pontifex in initio sui Pōtificatus
de anno 1550. in hac eadē mate-
ria promulgauit Cōstitutionē quæ
incipit *Cum sicut Nobis* septimam
in ordine in eodem 1. tom. Bullar.
fol. 697. in init. in qua, quia diuersi
diuersorum beneficiorum, etiā
Episcoporum, Patriarcharum, &
aliorum Prælatorum, ac S. R. E.
Cardinalium pro tempore dece-
dcentium, hærcedes, non solum bo-

na, vel ita spolia nuncupata sic de-
cedentium beneficiorum, Epi-
scoporum, Archiepiscoporum,
Patriarcharum, & aliorum Præla-
torum, ac etiam Cardinalium; Ve-
rūm etiam fructus Ecclesiasticos,
ac pecunias, & res alias per ipsos
beneficiatos, Episcopos, Archie-
piscopos, Patriarchas, & alios
Prælatos, ac etiam Cardinales an-
tē eorum obitum non exactos,
etiam si solutionis dies ante obitū
ipsorum nō aduenierit, sub eo for-
san prætextu, quod pro tempore
ante obitum huiusmodi decurso
debebantur exigere, & quandoq;
solutionem debitorum per ipsos
beneficiatos, & Cardinales dum
viuerent contractorum, & legato-
rum per eos in sua ultima volun-
tate etiam ad pias causas facto-
rum subterfugere: Ideò in §. 1.
itā statuit. Nos attendentes fru-
ctus, &c. pecunias, ac res alias oc-
casione Ecclesiarum, Monasterio-
rum, & beneficiorum Ecclesiasti-
corum pro tempore prouenien-
tes, licet postquam ad manus be-
neficiatorum peruererunt, & cum
aliis ipsorum beneficiorum fru-
ctibus, &c. pecuniis, & rebus com-
mixti, seu ipsis beneficiatis incor-
porati sunt, non vteriū in Eccle-
siasticis, sed potius ipsorum bene-
ficiatorum propriis, & ab eis ac-
quisitis bonis iudican. & propte-
reà quodammodo pro Seculari-
bus, & profanis haberí, & de eis
testandi, aut aliás disponendi fa-
cultas eisdem beneficiatis per se-
dem Apostolicam concedi con-

„ sacerdotis ; nihilominus , donec in
 „ manibus eorum , qui illos tam-
 „ quam Ecclesiasticos, scilicet ex Eccle-
 „ siis, Monasteriis, beneficiis prædi-
 „ catis proueniendis , & pro talibus
 „ conseruant, aut , ut tales detinent,
 „ ipsique beneficiati pecunias huius-
 „ modi realiter non exegerint , &
 „ fructus &c. non perceperint, nec
 „ non aliis eorum bonis cōmiscue-
 „ rint , & sibi incorporauerint sem-
 „ per ipsarum Ecclesiarum, quarum
 „ ipsi beneficiati sunt , ac vere Ec-
 „ clesiasticos esse , & censeri debere,
 „ & propterea Iuri non congruere ,
 „ ut ipsi beneficiati de rebus certis
 „ ipsarum Ecclesiarum, quæ omni
 „ Iure alienari prohibentur , dispo-
 „ nere etiam in eorum ultima vo-
 „ luntate possint , nec ipsis benefi-
 „ ciatis etiam Episcopis , Archiepi-
 „ scopis, Patriarchis, & aliis, ac Car-
 „ dinalibus pro tempore defunctis ,
 „ eorum heredes , qui ut plurimum
 „ sunt laici, in præjudicium ipsorum
 „ beneficiorum fructus , &c. ac
 „ res , & pecunias inexactos huius-
 „ modi, os boui tritauranti alligando
 „ exigant, & heredes Cardinalium
 „ mala malis addendo , bona Cap-
 „ pellæ Apostolicæ debita occupent,
 „ scilicet quod Cameræ , & Creditori-
 „ bus, ac legatariis debent, pro se re-
 „ tineant. Volentes in præmissis op-
 „ portunè prouidere ; motu simi-
 „ li, &c. declaramus nostræ inten-
 „ tionis nunquam fuisse , nec esse ,
 „ quod quiuis quorumcumque be-
 „ neficiatorum, etiam, ut præfertur,
 „ Episcoporum, Archiepiscoporum ,
 „ Patriarcharum, & aliorum Præla-

„ torum, etiam Cardinalium ubili-
 „ bet, etiam in Romana Curia, aut
 „ districtu pro tempore deceden-
 „ tium , siue ex Testamento per ip-
 „ sos beneficiatos etiam vigore fa-
 „ cultatum quarumcumque eis in
 „ specie , vel in genere, etiam præ-
 „ textu quorumcumque Capitulo-
 „ rum , ac Statutorum , & ordina-
 „ tionum, etiam nostrorum sub qui-
 „ bus suis tenoribus , & formis , ac
 „ alias quomodolibet concessorum
 „ condito, siue ab intestato heredes,
 „ fructus &c. ac pecunias , & res
 „ alias per ipsos sic defunctos bene-
 „ ficiatos, etiam Episcopos, Patriar-
 „ chas, & alios Prælatos , ac Car-
 „ dinales ante eorum obitum non
 „ exactos, etiam si pro tempore ante
 „ obitum huiusmodi decurso de-
 „ beantur, ac eorum solutionis dies
 „ Beneficiatis , & Cardinalibus vi-
 „ uentibus aduenerit , & per ipsos
 „ beneficiatos, & Cardinales non
 „ steterit quominus illos exegerint,
 „ quinimmo omnem pro illorum
 „ exactione necessariam diligen-
 „ tiā, etiam iudicialiter agendo
 „ fecerint , quoquo modo exigere,
 „ aut etiam sponte oblatos percipi-
 „ pere .

Et in eadem Bulla §. 2. ita dis-
 ponit. Aut Cruces , Candelabra,
 „ Imagines, Patenas, Calices, & alia
 „ cuiusvis sortis tam aurea , quam
 „ argentea, vasæ, & iocalia, ac quæ-
 „ vis ornamenta, paramenta, & alia
 „ utensilia Cappellæ singulorum
 „ Cardinalium pro tempore dece-
 dentium, cæteraque tam ad ipsam
 „ Capellam , quam eius ministros
 cir-

„ circà Altaris ministerium , & cele-
 „ brationem Missæ pertinentia , pro
 „ se retinere , aut solutionem quin-
 „ gentorum ducatorum hujusmodi
 „ euitare possint , sed quod de cæte-
 „ ro perpetuis futuris temporibus
 „ fructus , &c. ac pecunia , & res , ut
 „ præfertur , inexacti hujusmodi ad
 „ ipsorum sic defunctorum Benefi-
 „ ciatorum etiam Episcoporu , Ar-
 „ chiepiscoporum , Patriarcharum ,
 „ & aliorum Prælatorum , & Cardi-
 „ naliū in Ecclesiis , Monasteriis ,
 „ & Beneficiis prædictis successores ,
 „ qui ex illis , quorum solutionis dies
 „ antè obitum beneficiatorum hu-
 „ iusmodi aduenerit , omnia ipso-
 „ rum beneficiatorum , etiam , ut
 „ præfertur , Episcoporum , Archie-
 „ piscoporum Patriarcharum , &
 „ aliorum Prælatorum etiam Car-
 „ dinaliū debita , & ad pias causas
 „ facta legata , si aliundē ex aliis ip-
 „ sorum Beneficiatorum bonis solui-
 „ non possint , soluere teneantur , li-
 „ berè deuenire , & in posterum de-
 „ ueniant , ac per eos , & non hære-
 „ des prædictos exigi possent , & in
 „ posterūm possint , necnon Cruces ,
 „ Candelabra , Imagines , Patenas ,
 „ Calices , vasa , iocalia , ornamenta ,
 „ paramenta vtensilia , & alia ad
 „ Capellam singulorum Cardina-
 „ liū , & eius Ministros , vt præ-
 „ fertur , pertinentia , & ad eamdem
 „ Capellam Apostolicam pertine-
 „ rent , & spectarent , ac in posterūm
 „ pertineant , ac spectent , & pera-
 „ gentes pro ea realitè capi , & cum
 „ effectu apprehendi possent , ac de-
 „ berent , ac in posterum possint , ac

„ debeant ; Ac hæredes Cardina-
 „ liū tam haçtenūs defunctorum ,
 „ quam pro tempore decedentium
 „ quingentos ducatos hujusmodi ei-
 „ dem Cameræ persoluere teneren-
 „ tur , & in posterum teneantur . Et
 „ propterè successores in Ecclesiis ,
 „ Monasteriis , & beneficiis huius-
 „ modi fructus , &c. ac pecunias , &
 „ res per eorum successores nō exa-
 „ ctos , liberè , & licetè percipere , exi-
 „ gere , & leuare ac solutis , si aliun-
 „ dē unde soluant non erit , ut præ-
 „ fertut , debitū , & legatis prædictis
 „ quod residuum fuerit in suos usus ,
 „ & utilitatem conuertere . Nec-
 „ non agentes pro Capella Aposto-
 „ lica , Cruces , Candelabra , Imag-
 „ nes , Patenas , Calices , vasa , ioca-
 „ lia , ornamenta , paramenta , uten-
 „ silia , & alia prædicta propria au-
 „ ritate liberè capere , & apprehen-
 „ dere posse . Ac hæredes Cardina-
 „ liū tam haçtenūs defunctorum ,
 „ quam aliorum pro tempore dece-
 „ dentium ad Cruces , Candelabra ,
 „ & alia prædicta agenda pro dicta
 „ Capella Apostolica realitè , & cū
 „ effectu consignandum . Et eosdem
 „ quingentos ducatos agētibus pro
 „ eadem Camera , vt præfertur , sol-
 „ uendum teneri , & obligatos esse ,
 „ ac ad id omnibus Iuris , & facti re-
 „ mediis cogi , & compelli posse .

Ad evitandas tamen fraudes ,
 quæ fieri poterant , tūm per ipsos
 beneficiatos ; fructus scilicet , &
 pecunias , & res alias non exactas ,
 legatis per eos in extremo eorum
 vitæ , & dum ulterius viuere des-
 perant ad pias causas pro tempo-

re, factis, absorbendo; tūm etiam per hæredes diuersa debita iam extincta, de quorum extinctione successores in beneficijs informati esse non possunt, pro validis, & veris supponendo, & sic successores in beneficijs, fructibus, & pecunijs, & rebus alijs non exactis frustando: Ideo idem Iulius suo motu proprio qui incipit *Dudū in eod. Bullar. fol. 698.* ita eodem anno declarauit suam Constitutionem antecedentem, & in §. 2. ita sanxit: *Nos fraudibus huiusmodi succurrere, & ne verbis, & non rebus legem imposuisse videamus prouidere volentes. Motu simili, &c.* Constitutionem nostram prædictam solum legata, que per ipsos beneficatores etiam Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, Prælatos, & Cardinales, dum in sanitate constituti extiterint ad pias causas facta fuerint, & debita, que occasione beneficiorum, ad que fructus, &c. ac pecuniae, et res inexactae huiusmodi pertinuerint, de quibus successores in beneficijs informationem verisimilitè habere possunt, et debent, comprehendere, et in eis tantum intelligi debere, ac successores præfatos ad aliorum, quam, ut præferatur, ad pias causas factorum legatorum, et occasione ipsorum beneficiorum contractorum debitorum solutionens minimè teneri, nec ad id etiam vigore Constitutionis nostræ prædictæ cogi, aut compelli posse.

Et quia multi dictam Constitutionem Iulij III. ad Ecclesiast.,
8 Monasteria, & beneficia etiam in

locis, in quibus Collectores deputati, seu esse consueuerunt, & in quibus diuerſæ Consuetudines, diuersaque particularia iura, seu priuilegia vigebant, & extendere conabantur contrā mentem, & intentionem eiusdem Summi Pontificis, & in fraudem, & detrimentum quamplurium; Ideo idem Summus Pontifex aliam addit declarationē motu proprio de anno 1551. quæ incipit: *Cum autem in eod. Bullar. fol. 699. et in §. 2. sic disponit: Nos fraudibus, et detrimenis huiusmodi occurrere, ac mensorem, et intentionem nostras in præmissis declarare volentes. Motu simili, etc.* Constitutionem eandem solū Ecclesiast., Monasteria, ac beneficia Ecclesiastica in locis, in quibus Collectores prædicti deputati, seu esse non consueuerant, comprehendere, et ad ea tantū extendi, nec in Ecclesiast., Monasterijs, et beneficij in locis, in quibus idem Collectores deputati, seu esse consueuerunt consistentibus locum habere, aut effectum aliquem sortiri posse, aut debere. Et omnino ea non obstante, Consuetudines, et particularia iura, seu priuilegia cuiuslibet loci, in quo Collectores huiusmodi deputati, seu esse consueuerunt in præmissis vigentia obseruari, et executioni demandari.

Pius IV. in sua Constitutione 8.
incipit: *Graue nobis de anno 1560.*
9 in Bullario tom. 2. fol. 8. et 9. quia quamplures personæ Ecclesiasticæ, & Prælati diuersarum Prouinciarum, & dominiorum, præser- tim Regni Neapolis nulla à Sede

Apo-

Apostolica facultate testandi muniti, sed propria temeritate, & ad suorum importunam suggestiōnem impulsī, in eorum vltimis voluntatibus testamenta sua condendo, & donationes, & legata, aut codicillos faciendo de bonis suis diuersimodē, licet id facere nullo modo poterant, neque debebant, disponere audebant, ipsa que bona sub diuersis confictis prætextibus, & coloribus, hospitalibus, & pijs locis forsān cum promissionibus clādestinis, quod eorum consanguineis, vel affinibus, aut alijs personis ab eiusdem Testatoribus nominatis post illorum obitum ab ipsis hospitalibus, & locis pijs de certa, seu quota portione huiusmodi honorū subueniantur in graue præiudicium Cameræ, in §.2. dictæ Constitutio-
nis ita statuit: *Motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra non ad tuam, vel alterius pro te Nobis super hoc ablata peti-
tis instantiam, auctoritate Apostoli-
ca tenore presentium decernimus, et
declaramus omnia, et singula testa-
menta donationes, in illis, vel mor-
tis causa factas, codicillos, legata,*, et quacumque alia in vltimis voluntatibus per quoscumque Ecclesiasticorum Prelatos, etiam si Patriarchali, Archiepiscopali, vel Episcopali fulgeant dignitate, ac quorumvis Monasteriorum cuiuscumq; ordinis, Ab-
bates, seu Commendatarios, ac Presbyteros, et alias quaslibet personas predicas Ecclesiasticas, et quascumque alias, quæ ex bonis, et redditibus

*Ecclesiasticis, et beneficiorum fructus percipiunt absque nostra, seu eiusdem Sedis speciali licentia, et facultate quomodolibet, quæ in futurum ab illis quocumque prætextu, aut quæsito colore, etiam in fauorem hospitalium, et aliorum piorum locorum huiusmodi de dictis redditibus fieri condi, et testari, seu relinquiri, aut quouis ultime ultima voluntatis titulo disponi contigerit, nulla, irrita, inanis, inutilida, ac nullius prorsus roboris, vel momenti fore, et esse, ac nemini, neque etiam hospitalibus, et pijs locis prefatis, cum ad Cameram ipsam solū fraudandū, prout ex multis fraudibus desuper commissis, et reperiis nobis constituit, premissa fieri clarè appareat, ullatenus deinceps suffragari, neque subsistere, aut testamen-
tis suis huiusmodi quensquam iuuari, ac tueri, nec effectum aliquem nulla ratione habere, vel sortiri.*

Et in §.4. annullavit dispositio-
nes prædictas decernens: *Nec non
pro tollendis omnino fraudibus præ-
dictis quacumque testamenta, dona-
tiones, codicillos, legata, et alias
quascumque ultimas voluntates, ut
prefertur, in posterum faciendas, et
facienda, atque in eis contenta, inde-
que secuta quacumque etiam quoad
subsecutas dictorum bonorum posses-
siones, et illorum apprehensiones hu-
iusmodi, motu, scientia, et delibera-
tione prædictis ex nunc, prout ex tunc
reuocamus, irritamus, cassamus, et
annullamus, ac viribus prorsus re-
euocamus, proreuocatisque, irritatis,
cessatis, annullatis, et penitus viri-
bus omnibus euacuatis ubicumque
tam*

tam in iudicio, quam extra, ab omnibus haberi debere volumus, decernimus, atque mandamus.

Præfatus Pontifex in alia Cōstitutione incipen. Cupientes 32. in ordine de anno 1561. in Bullario tom. 2. fol. 46. applicauit Reueréde

I I Cameræ Apostolicæ omnes fructus beneficiorum Sedi Apostolicæ reseruatorum quoquis modo vaccinationis usque ad diem prouisionis; Et in §. primo ita disposuit: **Omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus, ac iura, obseruationes, & emolumenta quæcumque quomodolibet, & qualitercumque nuncupata omnium, & singulorum Monasteriorum etiam Concistorialium, & beneficiorum Ecclesiasticorum cura, & sine cura, secularium, & quorumvis ordinum Regularium Nobis, & Sedi Apostolicæ tam per Constitutiones Apostolicas, quam Cancellaria Apostolicæ regulas editas, et edendas, seu alias quomodolibet, et ex quauis causa generaliter, et specialiter reseruatorum, vel effectorum in partibus Italie, in quibus Collectores, et Subcollectores spoliorum, et Iurium Cameræ Apostolicæ predictæ esse consueuerunt, et earum Ciuitatibus, et Diœcesibus consistentiū per obitum, vel alias quoquis modo præterquam per cessum illa obtainentium pro tempore vacantium à die ipsorum Monasteriorum, et beneficiorum vaccinationis pro rata temporis usque ad diem prouisionis, seu commendæ de eisdem beneficijs, et Monasterijs per nos facienda, de qua per literas nostras sub plumbo, et non aliter consta-**

re debers volumus eidem Cameræ auctoritate Apostolica tenore presentiū reseruamus, applicamus, incorporamus, et appropriamus, illaque ei reseruata, applicata, et incorporata, ac appropriata esse, et fore, et ad illam spectare, et pertinere.

Idem Pius Quartus aliam editid Cōstitutionem in anno 1564. incipien. In suprema militantis 91. 12 in ord. in ead. tom. 2. Bullar. fol. 132. in qua omnia bona quorumcumque Episcoporum, Primum, Patriarcharum, & omnium inferiorum curam habentium animarum, qui extrà residentiam obierint, etiam si facultatem testandi habuerint ad Cameram Apostolicam tamquam spolia incorpauerit.

Pius Papa Quintus in Constitutione, quæ incipit: Cupientes 26. in ord. promulgata anno 1567. in eod. Bullar. tom. 2. fol. 204. Constitutionem Pij Quarti Cupientes, quam mox retulimus, in qua applicauit omnes fructus beneficiorum reseruatorū à die obitus, usq; ad diem prouisionis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, specialiter extendit in Regno nostro Neapolitano. Et ita habetur in §. 1. *Motu proprio, et ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, et singulos fructus, redditus, et prouentus, ac iura obuentiones, et emolumenta quæcumque quomodolibet, et qualitercumque nuncupata omnium, et singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, et fine*

ne cura, Secularium, et quorumuis ordinum Regularium, et Monasteriorum etiam Concistorialium nobis, et Sedi Apostolicae tam per Constitutiones Apostolicas, quam Cancellariae Apostolice regulas editas, et edendas seu alias quomodolibet, et ex quauis causa generaliter, vel specialiter referuatorum, seu affectorum in Regno Neapolis, et quibusuis illius Provincijs, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, et locis consistentium per obitum, et alias quoquis modo, præterquam per certum illa obtinentium pro tempore vacantium à die ipsorum beneficiorum, et Monasteriorum vacacionis prorata temporis usque ad diem, quo prouisi per nos de eisdens beneficijs, et Monasterijs evigere literarum nostrarum sub plumbo illorum possessionem de manu dilecti filij Magistri Pauli Odeschalchi Notarij, et in dicto Regno Nuntij, et Collectoris nostri, que per alias nostras literas Commissariū ad capiendum possessionem beneficiorum, et Monasteriorum huiusmodi deputauimus, habuerint, et acceperint, et alias capta possessione nullius sit roboris, vel momenti, ac prouisis illis nullum ius per eam acquiri, neque eis nullatenus suffragari possit eidem Camerae Apostolice auctoritate Apostolica tenore praesentium applicamus incorporamus, et appropriamus, illaque applicata, incorporata, et appropriata esse, et fore, et ad illam spectare, ac pertinere, nullumque præter nos, et dictam Cameram, aut ipsum Paulum Nuntium, et Collectorum, aut ab ipso deputatos subcollectores ea percipere, exigere, aut alias se in illis

intrromittere posse, aut debere statuimus, et ordinamus. In hac eadem Constitutione in §. 2. vetuit Ordinarijs sub pena suspensionis, & interdicti, ne beneficia reseruata conferant.

Præfatus Summus Pontifex Pius Quintus in alia sua Constitutione incipien. Romani Pontificis prouidentia 42. in ord. promulgata anno 1567. in cod. tom. 2. Bullar. fol. 238. declarauit sub spoliorum nomine non venire ornamenta, & paramenta Ecclesiastica, sed illa spectare ad Ecclesias illas, quæ obtinebant tempore obitus, ut legitur in §. 1. ibi. Nos abusibus, scandalisque huiusmodi prouidere, ac singularum Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac beneficiorum indemnitat, animarumque quarumlibet saluti consulere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetua valitura Constitutione statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod de cætero omnia, & singula ornamenta, & paramenta, ac vasa, necnon Missalia, Gradulia, ac Cantus firmi, & Musicæ alicui quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res sacræ etiam auri, & argenti, ac quæcumque alia bona per quoscumque Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbes, seu Commendatarios, & alios quoscumque, quæcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura secularia, & quorumuis ordinum Re-

gu-

gularia in titulum, vel commēn-
dam, aut aliās quomodolibet ob-
tinentes quocumque nomine, vel
titulo censeantur, etiamsi de illis,
& eorum qualitatibus specialis, et
expressa mentio habenda foret ad
usum, et cultum Diuinum etiam
in eorum priuatis ædibus, et Ca-
pellis, vel Oratoriis destinata tem-
pore eorum obitus ex testamento,
vel ab intestato relicta sub quibus-
uis facultatibus testandi, et aliās
disponendide bonis per eos ex Al-
tari, vel aliās quomodolibet ac-
quisitis per quoscumque Roma-
nos Pontifices prædecessores, et
successores nostros, ac nos sub
quibusvis tenoribus, & formis, ac
cum quibusvis clausulis, et decre-
tis, etiam motu proprio, et aliās
quomodolibet concessis, et con-
cedendis nomine comprehendan-
tur, nec sub appellatione spolio-
rum veniant, sed ad singulas Ec-
clesias, Monasteria ctiam conuen-
tu carentia, et beneficia huiusmo-
di, in quibus resederint, aut qui-
bus præfuerint, seū quæ aliās ob-
tinuerit omnino spectent, et per-
tineat, ac spectare, et pertinere.

In §. 2. statuit, quod dicta bona
pertineant ad Ecclesias, etiam si
in Romana Curia, vel alibi dece-
serint, vel si ad illas nunquam ac-
cesserint, vel eas renunciauerint,
et successoribus in eisdem dat fa-
cultyatem dicta bona auctoritate
propria apprehendēdi; nam eo ip-
so voluit esse incorporata.

In §. 3. annullavit omnes do-
nationes, et dispositiones, et lega-

ta etiam ad fauorem locorum de
præfatis bonis, suppellectilibus
sacris.

In §. 4. statuit detentores præ-
fatorum bonorum, suppellectili-
um sacrorum per pœnas, et cen-
suras Ecclesiasticas cogendos esse
ad restituendum illa successoribus
in Ecclesia.

In §. 5. declarauit suppellectilia
domestica, nempè scamna,
Cathedras, arcas etiam ligneas, vel
lapideas, etiam marmoreas, men-
tas, & tabulas, & quæcumque do-
lia, seū vasā vinaria vacua, & alia
similia suppellectilia domestica
non comprehendi sub spolijs.

In §. 6. declarauit bona Cleri-
corum, qui beneficium vnum, vel
plura, vel pensiones annuas, quo-
rum fructus non excedunt valo-
rem annuum triginta ducatorum
auri de Camera secundum com-
munem existimationem, habue-
runt, non esse spolia.

In §. 7. distictius inhibuit qui-
busvis Cameræ Collectoribus sub
priuationis eorum officiorum
pœna, ne in dictis suppellectilibus
Sacrī se ingerant; Ac etiam con-
stituit Exequutores suæ Constitu-
tionis primam dignitatem in Ca-
thedralibus, ut legitur in §. 9.

In anno 1587. sub Pontifica-
tu Sixti Papæ Quinti anno eius
tertio fuit facta compositio cum
Regia Camera Apostolica, &
Clero totius Regni Neapolis pro
spolijs Clericorum, seū pro fructi-
bus exactis, & incorporatis bene-
ficiorum, quia, vt expressè dicitur
in

in dicto Instrumento compositio-
nis sub praetextu spoliorum Eccle-
siasticorum per diuersos Reueren-
dæ Cameræ Apostolicæ Collecto-
res, & Commissarios per Domini-
num Nuntium Apostolicum in
dicto Regno pro tempore existē-
tem, vel alios deputatos, eorum-
que Subcollectores, seu Substitu-
tos diuersimodè molestati fuerūt,
& in dies molestabantur; nāq; ma-
gis propriæ, quām Cameræ Apo-
stolicæ vtilitati cōsulebant; atq; fi-
nes cōmissionis excedebat nimis
rigorosè, & proprii lucri causam
agentes, indebitas solutiones ex-
torquebant, quod erat alienum à
mente Summorum Pontificum:
Ideò dictus Sūmus Pontifex Six-
tus Quintus huic publico damno,
& animarum periculo succurrere
cupiens, fecit dictam compositio-
nem.

Verūm exerto dubio intèr
Nuntium Apostolicū huius Re-
gni ex una, & Clerum singula-
rum Civitatum, & Diœcesum
huius eiusdem Regni ex alia super
fructibus pendentibus, & maturis
à solo minimè separatis, seu non-
dum exactis, Idem Sextus Quin-
tus de anno 1589. constitutio-
nem edidit, quæ incipit. Cū sicut ac-
cepimus 90. in ord. tom. 2. Bull. fol.
650. in qua in §. 1. ita cauetur.
„ Nos igitur pro Nostri Pastoralis
„ Officij munere dubitationes, &
„ contentiones seu cōtraversias hu-
„ iusmodi è medio tollere volentes,
„ motu proprio, & ex certa nostra
„ sciētia, omnes, & singulos fructus,

„ redditus, & prouentus quorum-
„ cumque beneficiorum Ecclesiasti-
„ corum cum cura, et sine cura Se-
„ cularium, & quorumvis ordinum
„ Regularium in dicto Regno con-
„ sistentium, etiam in quocumque
„ mense pro tempore vacantium
„ tam antè obitum illorum posses-
„ sorum pendentes, & maturatos,
„ ac etiam à solo minimè separatos,
„ seu nondum exactos, quam etiam
„ post eorum obitum usque ad diem
„ captæ possessionis dictorum bene-
„ ficiarum per successores in eis ma-
„ turandos, & seu decurrentos pro
„ rata temporis a die adeptæ posses-
„ sionis eorumdem beneficiorum ad
„ ipsam Cameram nostram specta-
„ re, illosque eidem Cameræ appli-
„ cando esse, & illos per Venera-
„ bilem Fratrem Marcum Antoniū
„ Episcopum Fulginaten, moder-
„ num, & pro tempore existentem
„ Nuntium Apostolicum in Regno
„ praedicto, pro eadem Camera, et
„ eius uomine percipi, exigi, et le-
„ uari, ac etiam pro facilitori illorum
„ exactione, si videbitur in fine an-
„ ni cum successoribus in dictis be-
„ neficiis computandi, diuidendi, et
„ illorum sic diuisorum quemlibet
„ eorundem Notarii, seu ab eo de-
„ putatorum Commissariorum in
„ dictis beneficiis successorum ratas
„ partes, modo, et forma præmissis
„ in dictis beneficiis respectiuè tan-
„ gentes etiam percipere, exigere,
„ et leuari posse, et debere declara-
„ mus, ac de cætero perpetuis futu-
„ ris temporibus ita, et non aliter in
„ præmissis obseruari volumus, ac
„ etiam

DE RECTA DISTRIBVTIONE

160

„ etiam perpetuò statuimus , et or-
 „ dinamus .

Idem Pontifex in *Constitutione*
100. promulgata anno 1591. in
22 *Bullar. tom. 2. fol. 670.* in qua
Iurisdictionem, et facultates con-
cessit Thesaurario Reuerendæ Ca-
meræ , etiam quæ spoliorum no-
mine comprehendantur , et de-
clarauit .

Paulus Quintus in Constitu-
tione incipien. In *eminēti* de anno
1606. 14. in ord. in *Bullar. tom. 3.*
fol. 199. constituit , ut Ecclesia-
stici, Ciues, et incolæ , seū Curia-
les, qui Romæ , et in eius districtu
intra decem millaria , dummodò
non extrà Residentiam , obierint,
possint disponere de fructibus
quorumcumque beneficiorū , atque
à spoliorum onere illos omnino
exemit , vt legitur in dicta consti-
tutione .

Gregorius Decimusquintus in
sua Bulla prima quæ incipit. *Roma-*
24 *nus Pōtifex de anno 1620. in Bull.*
tom. 4. fol. 49. in §. 14. exemit
Cōclauistas à spoliis ratione quo-
rumcumque beneficiorum Eccle-
siasticorū , et de bonis ex eis quæ-
sistis testari posse concessit . Sic etiā
confirmavit Vrbanus Papa VIII.
in sua Constitutione prima quæ
25 incipit. *Circūspecta de anno 1623.*
in *Bullar. tom. 4. fol. 177.* in §. 15.
ac idem Vrbanus Octavus in alte-
ra sua Constitutione quæ incipit .
Superni 28. in ord. de anno 1624.
in *Bullar. tom. 4. fol. 280.* in §. 12.
reuocauit omnia priuilegia localia
concessa quibusuis Ciuitatibus, &

locis, ne fiant spolia, &c.

Clemens Papa IX. in Consti-
tutione incipien. *Motu proprio 3. in*
ord. de anno 1667. in Bull. tom. 6.
26 *fol. 256. in §. 11.* etiam exemit
Conclauistas à spoliis ; sed aduer-
te , quod hoc priuilegium conce-
dere solent Romani Pontifices
Conclauistis , qui interfuerunt in
Conclauibus eorum assumptio-
nis , sed non est perpetuum omni-
bus Conclauistis .

Idem Summus Pontifex in alia
Cōstitutione 19. in ord. quæ incipit
etiā, *Motu proprio de anno 1667.*
in dicto *Bullar. tom. fol. 281.* pri-
uilegia S. R. E. Cardinalibus te-
standi de bonis, redditibus , et
emolumenit Ecclesiasticis, exten-
dit ad fructus inexactos, vel cum
aliis ipsorum bonis, non commix-
tos, et in §. 1. 2. et 3. ita disposuit
„ §. 1. Motu proprio , et ex certa
„ scientia, deque Apostolicæ po-
„ testate plenitude, et ex mera no-
„ stra, et Sedis Apostolicæ liberali-
„ tate, qua prædictos S. R. E. Car-
„ dinales prosequi volumus privile-
„ gia, et facultates testandi prædi-
„ citorum Cardinalium ad illos etiā
„ fructus extendimus , et amplia-
„ mus, qui si naturales sint, à solo, in
„ quo sunt produciti legitimè iuxta
„ rei naturam , fuerint sublati, et à
„ manibus Colonorum , vel alio-
„ rum quorumcumque debitorum
„ percepti, licet in horreis Ecclesia-
„ rū , vel in quouis alio loco adhuc
„ inconsuerti, vel nullo modo aliis
„ ipsorum Cardinalium bonis im-
„ mixti , aut eorum patrimonio in-

co r-

„ corporati , reperiantur . Si vero ciuiles sint , postquam dies solutionis aduenerit , fuerint per quos- cumque debitores quomodolibet persoluti ; et ad manus Cardina- lium , vel eorum ministros peruer- nerint , seū in aliquo loco publico ad eorum creditum fuerint depo- sitati , quod etiam seruari volumus in terminis quomodolibet debitibus pro affictibus bonorum , ad Iuriū quorumcumque , quos in dictis fa- cultatibus comprehēdi volumus , et mandamus , si modo , quo supra fructus tām Ciuiles , quām natu- rales Conductoribus , & Affictua- riis locati , & concessi per illos erūt percepti , quamvis termini solu- tionis affictuum per locatores fue- rint posticipatē conuenti .

§. 2. Quare distinguendo inter eius- modi facultates , & priuilegia iam concessa Cardinalibus adhuc vi- uentibus , & quandocumque aliis in futurum concedenda illa fau- rabilitē ampliamus , & extendi- mus , vt intelligantur , ac seruari præcisè debeant , æquè ac si for- maliter emanarent cū omnibus , et singulis extensionibus , & amplia- tionibus prædictis , eisdemque il- la essent de verbo ad verbum in- ferta . Alia verò quæcumque in futurum concedenda ad eorum li- mites eoncipi omnino debeant , et pro itā cōceptis intelligi , & obser- uari , etiam si diuersimodè , et con- trā eorum tenorem extenderētur .

§. 3. Nos enim itā seruandum lege , hac perpetuō valitura statuimus , et mandamus . Sicque , et nō alitèr in præmisī omnibus , et singu-

lis per quoscumque Iudices Or- dinarios , et Delegatos , etiam cau- sarum Palatii Apostolici Auditio- res , et S. R. E. Cardinales , etiam Legatos de latere , et Camerarios , ac eiusdem Cameræ nostræ Apo- stolicæ Thesaurarios , Præsidentes , et Clericos , Collectores , Subcol- lectores , Ministros , et Officiales quoscumque ipsius Cameræ , in quavis causa , et Instantia , sublata eis , et eorum cuilibet , quauis alitèr iudicandi , et interpetrandi facultate , et auctoritate iudicari , et definiri debere , irritumque , et inane quicquid secūs super his à quoquam quavis auctoritate sciē- ter , vel ignorantē contigerit at- tentari , vel obseruari .

Adsumt aliæ constitutiones Pó- tificiæ , quæ disponunt de spoliis Clericorum , quia tamen non di- sponunt de fructibus beneficio- rum : Ideò illas ex condicō hic annotare prætermisi .

His autem constitutionibus Summorum Pontificum præmis- sis , videndum nunc est quomodò fructus beneficiorum , et Episco- patuum vacātium recte diuidi de- beant : Et quia beneficia omnia vacare possunt vel per obitum , vel per resignationem , seū cessum , si- ue permutationem , vel per trans- slationem : Ideò quicquid in sin- gulis vacationibus observandum fit , tām de Iure communi , quām speciali , et quid de fructibus bene- ficiarum inferiorum , et redditibus Episcopatuum distinctè , et brevi- tè quam fieri potest tractabimus .

Iure communi attento , bene- ficia-

ficiatus de bonis acquisitis cum redditibus beneficiorum, sèu intuitu Ecclesiæ, sèu beneficij quantumvis exactis, & incorporatis, sèu commixtis non potest disponere in morte iuxta *Text.* in cap. 1. cap. cum in *Officijs cap.* quia nos, et cap. relatum il seconde, de *Testamentis*, et tantum testari permititur beneficiato de illis bonis, quæ non intuitu Ecclesiæ acquisuerit; hæc enim bona, quæ intuitu Ecclesiæ fuerunt acquisita ad Successorem in Ecclesia de Iure loquendo communis spectant, ubi scilicet Camera non facit spolium, ubi vero spolium facit ad ipsam spectant; non tamen ea, quæ non intuitu Ecclesiæ fuerunt acquisita. *Pereira dec. 95. Nouarius ins. sum. Bullarum tom. 1. rubric. de Spolijs Clericorum n. 4. late Barboſa in l. diuortio 2. parte à num. 59. cum ſequentibus, ff. ſoluto matrimonio.*

Fructus omniū beneficiorū inferiorū, qui tempore mortis reperiuntur nedum maturati, sed etiam exacti, incorporati, sèu commixti cum bonis alijs beneficiati moruti, siue in horreis eorum reconditi, spectant ad hæredes siue ex testamento, siue ab intestato beneficiati defuncti, et in his non fit spolium, ubi scilicet nō sunt Commissarij, nec fit spolium, iuxta Bullam Iulij III. de qua supra; et magistralis est decisio Sac. Rotæ in nullius, siue Romana pecuniaria 4. Iunij 1593. coram Blanchetto penes Marchesanum de commissariis p. 1. fol. 424. in qua decisio-

ne obſeruauerunt Patres illi, quod in dicta Bulla Iulij III. fit differen-
32 tia inter fructus beneficiorum exactos, incorporatos, sèu in horreis reconditos, alijs bonis commixtos, & fructus realiter non exactos, & illorum bonis nō commixtos, & incorporatos, illos vti fructus merè laicales, iſtos vti merè Ecclesiasticos, censendos, declarat; ad effectum enim ut beneficiatus suos faciat, Iulius III. commixtionem, & incorporationem requirit, quæ commixtio tunc di-
33 citur facta, quando discerni non potest unde fructus peruererunt, ut dicitur in dicta decisione; Conſtitutio autem Iulij Tertij proce-
13 dit in locis, in quibus non sunt Collectores, nec fit spolium, ut ipſemet Iulius declarauit in motu proprio, quem etiam ſupra addu-
ximus, & animaduertunt quamplurimi Doctores, præſertim Vi-
nianus, & de Marinis in locis in-
frà citandis, & ita in quantum ad
fructus commixtos, & incorpora-
35 tos ſeruatur in Regno nostro ſtāte compositione facta cum Ca-
mera Apostolica. Quare non eſt videndum, & perſcrutandum, an bona, quæ relinquit beneficiatus ſint acquisita intuitu Ecclesiæ, vel non; nam ideò facta fuit dicta compositio cum Camera Aposto-
lica, & quilibet Clerus ſoluit ſingu-
lis ſemestribus compositione; vt post mortem cuiuslibet, quæ Clerus perceperit, & acquisuerit intuitu beneficii, & Ecclesiæ, ac incorpauerit, ad ſuam disposi-
tionem pertineant, & cui libuerit,
relin-

REDDITVVM ECCLESIASTICORVM.

relinquere valeat, & Camera Apostolica non apponat manus, nisi in casibus expressis in dicta concordia; exactio tamè reddituum, seu fructuum beneficiorum debet esse facta tempore debito; nam si beneficiatus antè tempus collegisset fructus ciuiles, tunc debitor soluens antè tempus non liberatur, & ubi sit spolium intrat Camera. Nouar. in sum. Bulla p. 1. tit. de beneficiorum fructibus num. 4.

Cum verò Beneficiatus diem suum obit extremum fructibus maturatis à solo separatis, seu collectis, nondum tamen exatis, seu in horreum congregatis, seu non cum alijs bonis commixtis, & incorporatis (loquor de naturalibus, & industrialibus) tunc plerique Doctores tenent hos fructus beneficiatum ad hæredes suos transmittere, & ad ipsos iure communii attento, spectare, quia sufficit à solo esse separatos. Glos. in cap. si propter verb. primi anni de rescriptis in 6. ibique Geminian. num. 9. Francus num. 5. & idem Franc. in cap. praesenti num. 11. eodem titulo de rescriptis in 6. Anon. in cap. fin. de peculio Clericorum sub num. 7. Duran. dec. 304. num. 2. Conarralias variarum lib. 1. cap. 15. Vidian. de Iurepatronat. lib. 14. cap. 8. n. 6. & 7. Tondatus tom. 2. lib. 3. cap. 164. n. 17. Reg. de Marin. resolution. tom. 1. cap. 152. n. 14. Rosa diuersorum par. 1. Belleetus disquis. Cleric. par. 1. tit. de bonis Clericorum §. 16. Lotterius de re beneficiaria lib. 1. q. 44. n. 23. Caualcan.

dec. 44. Ferretus conf. 171. lib. 1. Thesaur. dec. 143. Petrus Barbosa in l. diuortio 2. p. sub n. 57. Augustinus Barbosa allegat. 117. de potest. Episcop. n. 6. Antonellus de tempore legali lib. 1. cap. 47. num. 10. qui omnes docent obseruandam esse in hoc casu dispositionē text. in l. defuncta, ff. de usufructu; & probant, quia Beneficiatus æquipara-
tur usufructuario; mortuo autē usufructario fructus naturales, seu industriales, qui scilicet semel in anno percipiuntur, si fuerint percepti, spectant ad eius hæredem iuxta dispositionem claram dicti text. in d. l. defuncta, et l. in singulos in fun. ff. de annuis legatis. l. si usufructuarius, ff. quibus modis usufructuarius etc. et in §. is verò instit. de rerum diuisione. Aponte conf. 100. Surdus conf. 227. à n. 22. lib. 2. Castillus de Soromaior de usufr. cap. 77. n. 2. qui multos citat Antonell. de tempore legali lib. 1. cap. 47. n. 5. Petr. Barbosa in d. l. diuortio 2. p. à n. 22. cum seq. ff. solut. matrim. fructus autem percepti dicuntur, cum fuerint à solo separati, etiam si in horreum non fuerint reconditi; sufficit enim, ut sint a solo separati. l. si usufructuarius, ff. quibus modis usufructus amittatur. Cephal. conf. 181. Petrus Barbosa d. l. diuortio 2. p. n. 26. Castill. de Soromaior. d. c. 77. n. 10. Antonell. d. lib. 1. cap. 47. n. 7. debent tamen esse separati facto hominis, id est ipsius usufructuarij; alias si casu fuerint separati, tunc oportet, ut exigat cum effedw, & in horreum seruet. Bar.
bosa,

DE RECTA DISTRIBVTIONE

164

*bosa, Castill. Antonell. et alij locis
citat.*

Et idem dicunt in afflictibus,
seu reponsionibus, quae soluun-
39 tur pro fundis, seu agris locatis,
cum scilicet soluitur afflictus, seu
responsio ratione fructuum, ut cu
vsufructuarius moritur fructibus
perceptis per colonum, afflictus,
seu præstatio debita per colonum
ratione fructuum, debeatur hære-
dibus vsufructuarij, etiamsi vsu-
fructuarius moriatur nondū cesso-
die solutionis iuxta dictum *textū*
in l. defuncta, quia in his præstatio-
nibus nō habetur ratio illius tem-
poris, quo redditus in pecunia pro
40 fructibus solui debet, sed illius té-
poris; quo fructus percipiuntur,
latissimè Petrus Barbosa loco cit. à
num. 22. cum seq. Castill. de Sotoma-
ior. d. cap. 77. a num. 20. cum seq.
Tonditus tom. 2. par. 3. cap. 164.
n. 8. Et quamvis Hondedeus loco cit.
Durandus dec. 20. Antonellus d. cap.
47. num. 4. & alij dixerint esse di-
41 uidendos pro rata, attamen Ca-
stillus dicit hos *DD.* sic afferentes
esse deceptos; & è contrario, si mo-
rirur fructibus non perceptis à co-
lono, nihil ad hæredes transmitte-
re. Vide dictum *Castillum.* quod
42 etiam in beneficiato locum habe-
re dixerunt, qui ad instar vsufru-
ctuarij, si moriatur fructibus per-
ceptis à colono in fundo condu-
cto, afflictus, qui debetur pro fru-
ctibus, ipsisque correspondens,
transmittit ad hæredes, etiamsi
dies solutionis non aduenerit, quia
habetur respectus ad fructus per-

ceptos, pro quibus soluitur affi-
ctus, seu pensio in pecunia, non
autem ad diem solutionis; præter
alios Spada conf. 34. num. 2. tom. 3.
Lotterius d. quest. 44. n. 24. et 25.
qui multos citat per *Text.* in d. l.
defuncta.

Vice autem versa, etiam atten-
to iure communi, hos fructus ma-
43 turatos à solo scilicet separatos,
non tamen adhuc exactos, seu nō-
dum commixtos, cum alijs bonis,
illisque non incorporatos, non ad
hæredes beneficiati, sed ad succe-
forem in beneficio spectare, pro-
bari potest ex *Canon. conuenior.* 23.
qu. 7. ex cap. relatum il secundo de-
testamentis, & cap. quia sapè de ele-
ctione. Glosa in cap. præsenti verb.
reservari de officio ordinarij in 5. &
cap. 1. de solutionibus in verb. præde-
cessoris. Calderinus conf. 2. n. 2. de
peculio Clericorum. Hondedeus loco
cit. n. 34. Gigas de pensionib[us] q. 52.
Covarruicias in cap. cum in officij n.
4. de test. Iason. conf. 75. Rota in d.
decifione, penes Marches. fol. 424. et
in Papien. fructuum 26. Aprilis
1624. coram Reombaldo penes Ru-
beum par. 4. 10. 3. dec. 529. & p. 10.
recent. dec. 153. n. 3. & 5. & apud
Eminentis. Octobonum dec. 231.
n. 2. neque habere locum disposi-
tionem dicti *textus in l. defuncta*,
quia hæc loquitur de vsufructua-
rio, & eius hæredibus; Beneficia-
44 tus autem, licet in vita vsufructua-
rio æquiparetur; attamen in mor-
te vsuario similis est, qui non pote-
rit disponere de fructibus benefi-
cij ad fauorem hæredum; ita ex-
pres-

pressè dicit *Rota in alleg. decis. penès Marchesanum.*

Attenta autem Constitutione Iulij III. Cum sicut nobis hoc est indubitatum, vbi scilicet non sunt 45 Collectores: nam Julius III. in dicta sua Constitutione requirit commixtionem, & incorporacionem cum alijs bonis, ad hoc ut beneficiorum fructus, & redditus transmitti possint ad hæredes, cō 46 mixtio enim vera tunc censetur, quando discerni non potest unde fructus peruerunt, vt diximus ex dicta decisione penès Marchesanum n. 2. in qua etiam decism fuit Bullam præfatam Iulij III. loqui de omnibus fructibus, & pecunijs quacumque causa, vel occasione debitibus, & quando fructus 47 naturales conuersi sunt in ciuiles idem dicendum esse de ciuibus, ac de naturalibus per text. in l. diu-nortio, ff. soluo matrimonio, & sicuti si Beneficiatus dimisisset fructus naturales penès colonum, nec illos bonis suis commiscuisse, vel incorporasset, esset locus Bullæ; ita etiam in hoc casu, quando ipse beneficiatus non exegerit affictus sibi debitos occasione dictorum fructuum, vt videatur est dictam decisionem in d. n. 3. Attenta ergo dicta Constitutione indubitatum 48 est, quod quando fructus non sunt realiter exacti, & in horreum congregati, siue non sunt cum alijs bonis commixti, licet sint maturati, & à solo separati (licet tunc de iure dicantur percepti) non spectant ad hæredes beneficiati,

sed ad successores in beneficio, vbi non sunt Collectores, vt expressè dicitur in d. decis. penès Marchesanum, & in d. decis. 529. penès Rubenio in loco cit. 153. par. 10. Recentiorum, & declarauit ipsemet Julius in motu proprio, Cum autē, nam tunc spectant ad Cameram, vt dicemus infra, & in his terminis loquitur *Nouarius loco cit. 153. num. 1.*

Hoc tamen non habet locum, 49 vbi contraria extaret consuetudo, scilicet, vt hi fructus inexacti, maturati tamen, & à solo separati spe-ctent ad hæredes. *Rota apud dictum Eminentissimum Octobonum in d. dec. 231. n. 3.* vbi aliæ decisiones Rotæ allegantur, prout est in Hispania, vt dicitur in eadem decis. num. 6. & 7. ac etiam in Regno 50 Galliæ, in quo omnes fructus sic maturati ad hæredes transmittuntur, nec in illo Regno adsunt spo-ilia. *Tonducus dicto cap. 164. n. 1. cum seq.*

Hæc in quantum ad fructus na-turales, seu industriales; in quan-tum vero ad fructus ciuiles dicunt 51 quainplurimi Doctores hos diui-dendos esse pro rata temporis in-ter beneficiati mortui hæredes, & successorem in beneficio. *Honde-deus in d. conf. 85. finē 86. n. 31. et 34. Tonducus in d. cap. 164. n. 11. & alij, ad instar etiam usufructua-rij, qui si moriatur fructibus civi-libus non exa&is, hos transmittit 52 pro rata temporis ad hæredes, Franc. dec. 79. latè *Castillus in al-leg. cap. 77. et 78.* etiamsi dies so-*

lu-

lutionis nondum advenerit, vt ex multis firmat idem *Castillus*. At *Lotterius* in d: qu. 44. num. 30. dicit respectu fructuum civilium, eos, quorum dies solutionis tempore mortis iam advenerat pertinere ad hæredes; reliquos verò ad successorem citat *Calderinum*, *Couarruuiam*, *Tiraquellum*, & *Hondedeum*, quos sequutam fuisse *Rotam* in d. dec. 178. num. 2. par. 2. recent. & idem dicendum dicit *Lotterius* de naturalibus, vel industrialibus, qui 53 quotidiè percipiuntur, vt sunt herbagia hortorum, vecturæ navium, & similia.

De pendentibus autem fructibus quid dicendum, nunc videndū est. *Couarruias* d. lib. 1. variarum cap. 15. num. 12 tenet, quod in illo anno, quo Clericus moritur, omnes fructus etiam pendentes 54 pro rata spectant ad hæredes beneficiati, & hoc æquiūs, & iure verius existimat, quia fructus dantur pro oneribus beneficij, & ideo pro 55 rata diuidendi sunt. Hanc etiā sententiam tenent *Garsia de benefic. par. 1. cap. 1. num. 96. Guttierrez Can. q. c. 33. Molina de primogenit. cap. 11. num. 4. Sarmient. lib. 4. c. 6.* & hanc obseruantdam omnino dicit *Castillus de Sotomaior. de usu fructu cap. 79. per totum.*

Contrariam sententiam tēnent 56 alij, scilicet hos fructus pendentes, Beneficiatum morientem nullo modo transmittere ad hæredes, sed spectare ad successorem in beneficio, *Calderinus in cons. 2. de pen. cut. Clericorum, Caualcanus, Thesau-*

*rus, Joseph Ludouicus, Vivianus, Regens de Marinis, Petrus Barboja, Bellettus, Lotterius loco cit. qui dicit, etiamsi instaret recollectio, & alij in locis citatis, ad instar usufructuarij, qui fructus pendentes, 57 dum moritur non transmittit ad hæredes per dictum *rexium in l. defuncta sepe citat.* à contrario sensu, & latè defendit in usufructuário ipse *Castillus in sepe cit. cap. 77. n. 20. 21. & 22.* ibique multos citat Doctores: Fundamentum autem huius sententiae est clarum, quia Beneficiatus percipit fructus Ecclesiasticos ratione tituli; hic autem morte finitur, antequam cedat dies solutionis, & ideo pendentes nullo modo potest ad hæredes transmittere, quia scilicet titulus iste, quo percipere poterat fructus expiravit per mortem; at hoc est hodiè indubitatum post præfata Cōstitutionem Iulij III. nam hac attenta, omnes fructus 60 pendentes spectant ad successorem in beneficio, vbi Constitutio hæc recepta est, & non adiunt Colletores.*

Iure etiam inspecto communi, dum diem suum cludebat extremum Beneficiatus pro fructibus non exactis, & pendentibus ponebatur *Æconomus*, qui colligebat hos fructus, & illos futuro Successori tradere tenebatur, de qua re habemus multa iura canonica, præsertim canonem illud 12. q. 2. vbi *Glosa in verb. Aeconomi. cap. cū vos de off. ordinarij cap. præsentij eod. ut. in 6. & alibi Lotterius de re be-*

nefi-

neficiaria lib. 2. quest. 34. num. 21.

In Regno autem nostro atten-
tis Constitutionibus prænarratis

62 Summorum Ponticum, praxis
est, quod omnes fructus inexacti,
& non incorporati, sive non com-
mixti, licet maturati, & à solo etiā
separati, ac omnes fructus ciuiles
etiam si dies cessasset solutionis,
dummodo realiter non fuerint
exacti, spectent ad Reuerenda Ca-
meram Apostolicam, ut patet ex-
pressè ex dictis Bullis, præsertim
ex motu proprio Iulii Tertii, *Cum
autem;* Et ex Bulla Sixti Quinti.
*Rota in dicta Decisione 153. n. 3.
Viuliano, de Marinis, et aliis, &
eo magis pendentes fructus à die*

63 vacationis usque ad possessionem
spectant ad Cameram, ut in dicta
Constitutione Sixti Quinti expres-
sè cavetur, *Rota penè Rubeum par.
4. tom. 1. dec. 237. Lotterius lib. 2.*

64 *quest. 34. num. 21.* Immo, ut ca-
vetur in eadem Bulla Sixti Quinti,
fructus, qui nō sunt percepti tēpo-
re vacationis, & adhuc sūt pendē-
tes tēpore possessionis etiam pro
rata spectant ad Cameram iuxta
anni computationem, quam fa-

65 cit *Quaranta in Sum. Bullar. verbo
spolium.* & iuxta instructiones Re-
verendæ Cameræ Apostolice.

Est verò notandum, quod in
quam plurimis Ecclesiis Cathe-
66 dralibus huius Regni Neapolis

Dignitates, & Canonicatus non
habent præbendas distinctas, sed
ex omnibus redditibus fit una
massa, quam communem appellat,
& hæc diuiditur inter Canonicos

in fine anni habito respectu ad
onus Missarum, & ad interessen-
tiam in Diuinis Officiis, cum tota
dicta massa in his consistat, si quis
Canonicus moriatur antequām
fiat integra distributio, portio,
quæ remanet non spectat ad Ca-
meram, quia distributiones intèr
fructus beneficii non computan-
tur. *Maranta resp. 18. n. 51. tom.
1. in puncio. Redoanus de Spoliis
quest. 1. num. 27. vers. vltorius.
Nouar. in Sum. Bullar. par. 2. tit.
de Spoliis Clericorum n. 8. & ego ob-
tinui pro Cathedrali Bisaciens: ita
istæ enim distributiones quotidiana-
næ sunt stipendia diurni laboris, &
licet diuidantur in fine anni, atta-
men semper verū est, quod ratio-
ne Diuini seruitij singulis quibusq;
diebus in Ecclesia præstiti, non
autem mestri, vel hebdomadalis,
assignantur, & adscribuntur; nec
dilatio in exigendo sustulit obliga-
tionem contractam à die præstiti
seruitij, & ideò ad hæredes trans-
mittuntur. *Monera de distrib. quo-
tid. par. 3. qu. 3. à num. 20. Parif.
confil. 33. num. 22. lib. 4. Rota in
Mediolanensi pens. 27. Junii 1646.
coram Bichio n. 14. penes Tondutum
post tract. de Pens. 91. in ord. & in
eadem coram olim Eminentissimo
Corrado 11. Decembbris 1647. num.
1. & 5. penes eundem Tondutum
96. in ordine.**

68 In quantum vero ad Episco-
pos, iure communi attento, de il-
lis, quæ intuitu Ecclesiæ acqui-
sierunt certum est quod non pos-
sunt disponere; de patrimoniali-
bus

bus verò , & aliundè quæsitis be-
nè possunt disponere , & hoc est
extrà controversiam , & patet ex
toto titulo *extra de testamentis* ,
& ita observatur in praxi . In Re-
gno autem nostro Neapolitano ,
mortuo Episcopo , Camera Apo-
stolica incamerat omnes fructus
maturatos , siue industriaes , siue
Ciuiles , siue exactos , & incorpo-
ratos , & commixtos , siue ine-
xactos , & quidquid in domo Epi-
scopi , vel alibi de mortui Episco-
70 pi bonis inuenitur , quia Epi-
scopi non sunt compositi , sicuti cæ-
teri Cleri , & ò vtinam essent tran-
facti , & compositi ; quoniam ex-
pediret pro bono publico pro sa-
lute animarum , ac pro maiori vt-
ilitate Cameræ Apostolicæ , cum
de spoliis Episcoporum minima
pars ad ipsam perveniat : Nam cū
Episcopus infirmatur ad mortē ,
eo semimortuo eius bona dissipari ,
& dilapidari incipiunt , & qui
plus potest capere , capit ; bona re-
sista etsi pretiosa , tamen vilissimo
pretio postea venduntur , vel cedū-
tur ei , qui facit compositionem .
Ex pecunia cæterùm retracta
ex bonis , deduci debent debita
salaria pro Commissario , qui fa-
cit spoliū pro dietis vacatis . Item
& emolumenta debita aliis Mini-
stris , & spolium reducitur ad nihil.
Faceo cæteras fraudes , quas
solent facere Commissarij spo-
liorum , sed hodiè difficialitè
71 Commissarij committunt frau-
des ex vigilantia , & prudentia
Illustrissimi , & Reuerendissi-

mi D. Marci Antonij Vicentini
Episcopi Fulgitaten . dignissimi
huius Regni Nuntij purpura me-
tissimi ; nam multos , quos in fra-
ude invenit , punivit , privavitque
Officio . Ideò ad tollendas has frau-
des , & pro salute Animarum ex-
pediret compositionem hanc face-
re , sicut plures tentatum ; & pro
ea facienda vigent omnes illæ ra-
tiones , quæ iustè , & sanctè move-
runt Animum Sixti Quinti S. M.
ad faciendam compositionem cū
Cleris . Testor Deum omnipoten-
tem , nullam me habere in hac re
animi passionem , quia nec cumulo ,
nec cumulandi occasionem
vnquam habui , cum vix redditus
Ecclesiæ , quam reliqui , & huius
Policastri , ascendunt ad ducatos
sexcentum monetæ Regni , & ideo
nihil , vel valdè parum Camera
Apostolica in mea morte inven-
iet spolium , quia dietim vivo .

Camera igitur Apostolica acci-
pit omnia bona Episcopū mo-
bilis , fructus incorporatos , pecu-
72 nias , & quæ reliquit Episcopus ,
quia præsumit fuisse acquisita in-
tuitu Ecclsiæ : quæ verò Episco-
pus antequam accessit ad Episco-
patum inventaria verit , excamerat
neque apponit manus ad patri-
monia ut dixi . Item exigit om-
nes fructus qui maturatur Sede va-
73 cante , & pendentes tempore pos-
sessionis . Successoris Episcopi di-
vidit pro rata temporis iuxta ea ,
quæ supra de beneficiis diximus ,
& in rata , quæ spectat ad Came-
ram solet semper compositionem
face .

facere cum moderno Episcopo, nisi ad sint debita p[ro]isionum, quia tunc cum agatur de interesse partis non solet componaere.

In Episcopatibus vero, qui prouidentur ad Regis nostri Catholici præsentationem, licet Camera Apostolica faciat spolium in bonis, quæ reperiuntur penes Episcopum tempore mortis; attamen pro pendentibus ponit economum, qui colligit fructus, & conservat pro successoribus, prout de hac praxi testatur etiam *Regens de Marinis in d. cap. 152.* In Regno vero Galliae fructus, Sedibus Episcopali bus vacantibus, accipit

75. Rex iure Regalæ, sed non in omnibus Ecclesiis.

Solet Camera Apostolica, siue Ministri Reverendissimæ Nuntiaturæ huius Regni soluere, & satisfacere debita mortui Episcopi, cum fuerint facta int[er]i[us] Ecclesiæ, quæ vero non intruitur Ecclesiæ, non satisfacit. Hæc praxis multis Doctoribus huius Regni visa est durissima, & occasione quamplurimorum congresuum mecum factorum eam degustati sunt; & aiebant, quod Camera Apostolica succedit in bonis defuncti Episcopi loco heredis; heres autem tenetur ad defuncti debita; atque hereditas dicitur

77 deducto ære alieno. Item Canones iubent ex bonis Ecclesiasticis solui debita contracta à beneficiario, ut diximus supra ex cap. *peruenit de solu:* Ecclesia insuper est cultrix Iustitiae, ius autem etiam

naturæ, iubet unicuique reddendum quod suum est. Insuper, & leges humanæ prohibent quempiam locupletari cum aliena iactura, prout esset hic casu. Nam Camera Apostolica locupletaretur cum iactura illorum, qui pecuniam mutuarunt, vel bona sua tradiderunt Episcopo defuncto pro necessitatibus proprijs. Demum aiebant, quod esset hoc tollere commercium humanum, quia nullus fidem præstaret Episcopis, nec cum eis aliquid ageret, & eos deterioris conditionis efficere, & quis plus fidem præstaret Carnifici, quam Episcopo, ac multa alia subiungebant: quibus ego ref-

78 pondebam, quod hæc praxis fundatur in præsumpta fraude, quam solent adhibere Episcopi, debita contrahendo fraudulentè, & sic illudere Cameram Apostolicam, & ita expressè determinauit in be-

79 neficiatis Iulius Tertius in suo motu proprio, *Dudum ibi, & occasione ipsorum beneficiorum contractorum,* & considerauit etiam Pius Quartus in Constitutione octaua, de qua etiam supra. Replicabant illi, & dicebant, quod cum fraudulentè facta sunt debita, bene quidem, quod Camera non satisfaciat; quia fraus nemini prodesse debet; at cum debita vera sunt, & realia, & facta ex necessitate, quam passus est Episcopus, quia scilicet redditus nondum erat maturati, & ipse indigebat, quare Camera Apostolica soluere recusat? Bulla autem, seu motus pro-

80 prius Iulij Tertij; præterquam quod in fraude præsumpta fundatur ut legitur ibi expressè, loquitur de Successoribus in beneficijs, qui cum non succedant in omnibus, sed dumtaxat in fructibus non exactis, non debent soluere debita, nisi illa contracta sint occasione beneficiorum; at in casu nostro diuersam esse, dicebant, rationem, quia Camera succedit in omnibus bonis Episcopi defuncti. Ideò nō videbant ex quo titulo iustificare possent hanc proximam in casu scilicet, quod debita sunt vera, & ex iusta causa facta, & non fraudulenta, & allegabant *Decis. Rot. 14. de probat. in nouis. Farinac. dec. 114. Novar. in sum. Bull. tit. de spolijs Clericorum num. 12. p. 1.* Adduxi quamplurimas alias rationes, unicam tamen efficaciorē reputavi, quod hæc omnia iudicio S. Matris Ecclesiæ, eiusque censuræ relinquenda sunt, prout ego omnia sub dicto iudi-

81 cione semper relinquo, nec sapere plusquam oportet, debemus: Certum est, quod Camera soluit, prout debet stipendia seruorum, Vicarij, cum ille non percipit emolumenta Curiae, Medicorum, & Aromatarij, ac etiam relinquit Capitulo viginti quinque duca-tos, pro funere scilicet, candelis, & alijs iuxta resol. Ricci p. 3. re-sol. 428. & 429.

Ego verò, qui minimus sum in domo Patris mei audeò consulere fratribus meis Episcopis, ne

82 pecuniarum sint cumulatores;

ad quid enim has cumulamus nisi ad perdendum? quandoque enim oues mugemus, pauperes fraudamus & nostris corporibus necessaria subtrahimus, & animabus proprijs æternos cruciatus paramus, & quæ diù cumulata magna industria fuerunt post obitum nostrum in momento temporis, in ictu oculi, Deo sic iuste permittente, dilabuntur; melius, & tu-tius est, ut quæ nobis annuatim supersunt in pios erogemus usus, & si cum habemus consanguineos vel domesticos pauperes, illos, attenta eorum paupertate dietim subueniamus, nec pro eis pecuniam paremus, quia forsitan eveniet casus, quo nec ipsi cumula-
83 tam pecuniam habebunt; aliquando etiam Nos diabolus inducit ad pecuniam cumulandam, & ea utitur suggestione, quia ad maiorem dignitatem promoueri possumus; at hæc est aperta fallacia, & insania. Primo quia omne hoc de-
84 pendet à Dei nutu, quod, & Seneca, gentilis quamvis Philo-phus, faslus est, dum in *Epist. 31.* ita scripsit. *Deus ille maximus, potentissimusque ipse uehit omnia,* ubi Glosa Iusti-Lipsii ait. *Et sane ipse Auriga, ipse currus, ut ira dicunt, est, quo machina bac mundi uehiatur, ac sublevetur:* Portat enim ipse omnia verbo virtutis suæ; & cum Deus vult non est necessaria pecunia; nam ipse aperit viam, & disponit omnia iuxta suam voluntatem; & cum Deus non vult nec valor totius mundi quidquam

REDDITVVM ECCLESIASTICORVM.

170

prodest, & quando Deus dat maiores honores, tribuit etiam modum ad sustentandum talēm Dignitatem. Secundo quia experientia comprobatum est, nullos Episcopos, aut ferè paucissimos in Regno nostro, qui non sunt in actuāli seruitio Sæctæ Sædis Apostolicæ ad maiores dignitates ascēdisse, cum enim quis accipit Episcopatum in Regno, quisquis sit, dicat, hæc est requies mea. Ad

85 summum potest prætendere mutationem ad meliorem Ecclesiam, sed hæc etiā mutatio raro euenit. Qui prælaturas magnas desiderat Vrbem colat; in illa enim quotidie cernuntur miracula: sicut etiam consulere audeo ne magnam, &

86 superbam suppellec̄tilem habeat, neque ex his existimationem vindicent; *Dissimiles enim esse nō vulgo, sciat, qui inspiceret proprius, qui domino intrauerit nos potius mireretur, quam suppellec̄tilem nostram,* scripsit idem Philosophus gentilis *Seneca in Epist. 5.* hæc enim suppellec̄tilis, quam caro pretio emimus, quam vilissimo distraheret.

Redditus autem omnes Ecclesiasticos quorumcumque beneficiorum, Abbariarum, Comendarium darum maturatos, licet qualitercumque inexactos S. R. E. Cardinales ad hæredes transmittunt vigore indulti eis concessi à S. M. Clementis Noni, prout suprà notaimus.

Secundus medus vacationis est per resignationem, quæ dupli-

88 citèr fieri potest, vel simpliciter, vel ad fauorem. Et primo discurrendum est de fructibus beneficiorum vacantium per simplicem resignationem; deinde per resignationem ad fauorem. In quantum ad beneficia minora, cum beneficiatus resignat beneficium simpliciter in manibus Sanctissimi,

89 omnes fructus naturales, & industrielles, & ciuiles, quos exegerit, & incorporauerit antè resignationem, extrà controuersiam suos facit; maturatos autem naturales, & industrielles à solo separatos suos facit usque ad diem resignationis admissæ. *Glosa in c. si proprièr verb. primi anni de rescriptis in 6. Rota p. 2. recent. dec. 278. apud Caualerium dec. 104. n. 5.* & apud Pa-

cificum de *Saluia* dec. 225. *Ludovicus* dec. 33. *Antonellus de tempore legali lib. primo cap. 47. n. 15.* per text. in l. defuncta da usufr. Et consensit *Spada* sess. 34. n. 6. cit. 3. dum dicit, *quod fit diuisio pro rata fructuum perceptorum*, & allegat

90 *Textam in l. usufructuarius ff. quibus modis usus fructus amittatur, & tām in d. decis. 278. recent. quām in d. 104. apud Caualerium ampliatur etiamsi fructus essent locati, & dies solutionis affictus eueniret post resignationem, seū si nondum cessisset dies tempore resignationis, fructus autem collecti, quia de tali affictu, seū pretio locationis, quod debetur ratione fructuum idem iudicatur ac de fructibus, quorum loco affictus subrogatur, & sic non consideratur*

DE RECTA DISTRIBVTIONE

stur dies solutionis affictus, sed post
92 tūs tempus perceptionis fructus
etūm pro quibus soluitur affictus. Sequitur Hondeanus d. consil.
85. n. 13. 20. & 23. Spada consil.
34. n. 2. tom. 3. & Rota uimus
quoque supra.

Tondutus autem tam in d. cap.
164. n. 13. & in tract. de pensionibus cap. 27. n. 14. requirit ut
Resignans reseruet sibi expressè
fructus maturatos sibi debitos
usque ad diem resignationis ad-
missæ; alias non faciet suos décur-
sos, quia per resignationem abdi-
cat à se omne ius, & possessionem,
& extincto titulo non po-
94 test facere suos, & censetur tunc
renuisse fructus successori, nec
idem est hic casus resignationis,
ac mortis, quia in morte nullus
actus positius interuenit sicut in
resignatione, & ita etiam Lot-
terius quest. 44. n. 33. Frances de
Eccles. Cathedral. cap. 11. n. 10.
& 11. & ni fallor dicitur in d.
dec. 278. p. 2. recent.

Et quod Resignans simplicitè
post datum consensum, & resi-
gnationem admissam, non possit
95 amplius percipere fructus alio-
quin sibi debitos usque ad diem
resignationis, quia admissa resi-
gnatione perdit titulum, & posses-
sionem, & cum non sit neque do-
minus, neque possessor, impossi-
bile est fructus percipere, Docuit
Parisius de resignat. fol. 1. quest.
6. à num. 10. usque ad 20. ubi
multos allegat, & etiam Garcia de
benef. p. 2. cap. 1. n. 126. & Lot-

terius loco citato, neque tunc di-
uidendi sunt pro rata. Petrus Bar-
bosa in l. diuortio 2. par. n. 44. cum
seq. qui citat Parisium consil. 143.
num. 18. lib. 4. Grab. cons. 192.
& 194.

Pendentes vero fructus natu-
rales, & industrielles, iure commu-
ni attento, ad Successorem in bé-
neficio spectant, sicuti in casu obi-
tus, ut supra diximus: in punto
Rota apud Caualeriu d. decis. 104.
num. 2. & 3. Joseph. Ladouicu dec.
33. Antonellus de tempore legali lib.
1. cap. 47. n. 15. & ad. Rota apud
Pacificum de Salutano dec. 225.
propter rationem nupèr traditā,
quia Resignans post admissam re-
signationem abdicavit à se omne
ius, & dominium, quod habebat
in beneficio, atque etiam posses-
sionem civilem, & naturalem, &
habetur tamquām mortuus, &
ideò non potest amplius percipere
fructus.

98 Quoad fructus verò civiles, pro-
ut sunt census, pensiones domo-
rum, Molendinorum, & huiusmo-
dinaturæ, si dies solutionis ja-
cesserat tempore resignationis idem
est ac de naturalibus, et industriali-
bus maturatis: Si vero dies solu-
tionis non cesserat tempore ad-
missæ resignationis, iure etiam
attento communis, spectant ad Suc-
cessorem in beneficio. Ita deci-
dit expressè Rota tām in dicta de-
cisione 278. par. 2. recent. num. 2:
quam apud Caualerium d. decis.
104. num. 2: & 3. Antonellus, &
alii nupèr citati, quia ut dictum
est

est per resignationem abdicatum
est omnē dominium, ius, & posses-
sio à resignante, & ideò idem di-
cendum est de jis fructibus, ac de
naturalibus, & industrialibus non
maturatis. Et licet fructus ciuiles
quotidiè incipient deberi iuxta
99 doctrinam Baldi in l. filiusfa-
miliis §. apud Marcellum de lega-
sis primo, & Aretini in l. diuortio
ff. sol. matr. tamen in dicta decisi.
278. dicitur, quod Dominis vi-
sum suit, quod cum antequam ce-
deret dies solutionis fructuum ci-
uilem actio nō sit orta; Resignans
autem actionem orituram extin-
serit abdicando ius dominii, &
possessionis per resignationē vo-
luntariè non rescrivato Iure quoad
fructus præteritos, censetur totum
ius remissum per doctrinam Bar-
toli l. fin. §. fin. C. de lute fisci. Pal.
dec. 14. lib. 3. & latius in d. deci-
100 sione 278. Patet ergo ad litte-
ram, quod in d. dec. 278. nulla
facta fuit differentia intèr fructus
naturales, & ciuiles, cum tempo-
re resignationis non sint maturati,
licet aliqui scriperint, quod in d.
decisione fiat hæc differentia, sed le-
genti patet contrarium. Sit ergo,
quod resignans fructus exactos, et
incorporatos suos facit, matura-
tos, non exactos, et ciuiles pro ra-
ta suos facit, si expressè sibi reser-
101 vaverit, &c. Non tamen me latet
Hondedœum d. confil. 85. n. 8. &
17. Spondæ in conf. 34. tit. 3. n. 2.
& n. 3. vers. quatenus, docere fru-
ctus ciuiles pro rata dividendos
inter Antecessorem, & Successo-

rem, sed meum iudicium Sacrae
Rotæ subinitto semper.

In resignatione autem condi-
tionali, sive ad favorem, dicit Pa-
risius in dict. quest. 6. quod multæ
102 sunt opiniones, & quatuor ipse
refert ibi; tamen ipse num. 38. te-
net, quod fructus debentur resi-
gnanti usque ad diem præstigi cō-
sensus, & ab illo die incipiunt de-
beri resignatario, ad quenq; etiam
spectare dicit, in num. 80. omnes
pendentes, non admissa opinione
Couarruicias lib. 1. cap. 15. dicentis
pro rata distribuendos. *Solorzanus*
autem de iure Indiarum *lib. 3. cap.*
5. num. 46. & lib. 4. cap. 15. *Fran-*
ces de Eccles. Cathedr. cap. 11. nu. 9.
103 docent, quod facta resignatione
ad favorem, omnes fructus spe-
ctant ad illum, ad cuius fauorem
facta fuit resignatio.

Tondutus autem in d. cap. 164.
num. 14. existimavit fructus pro
104 rata dividendos usque ad tem-
pus acceptionis, quia non antea
resignans amittit ius in beneficio.
Et ita quoque *Lotterius* d. qu. 44.
num. 3. & citat *Gabr. conf. 192. nu.*
1. et 2. et *Rota* d. dec. 278. n. 7.

Idem tamen *Tondutus de pensio.*
cap. 27. scripsit deberi fructus re-
105 signanti usquequo resignatarii
in possessionem fuerit immis-
sus, quia in hac resignatione condi-
tionali, sive ad favorem nun-
quam resignans amittit ius in be-
neficio, nisi immisus fuerit in pos-
sessionem resignatarius, & iussé-
per in resignante remanet, donec
perfectè acquiratur resignatario,
& la-

& latè scripsi in primo meo tractatu de exequitoribus literarum Apostolicarum p. I. cap. 14. & ita quoque sentit *Anthonellus* de tempore legali lib. I. cap. 47. n. 16.

Attentè autem sunt consideranda verba dictæ dēcisionis 278.

I 06 dum dicit, quod per resignationem volūtariam abdicavit à se resignans omne ius; nam Sacra Rota semper fecit distinctionem inter actum necessarium, nempe obitū, & actum voluntarium, qui fit per resignationem, translationemque ut infra, ut legitur in decisione apud *Cardinalem Puticum* lib. 3. dec. 14. & quamvis hanc distinctionē impugnaverit *Hondedeus*, et *Spada* I 07 locis citatis, & tamen huiusmodi distinctionem latè defendit *Tödurus* in dict. cap. 27. à nu. 10. cum seq. de pensionibus, & ita quoque tenet *Lotterius* locis citatis nu. 3 I. 32. et 33. *Frances de Ecclesia Cathedrali* cap. 11. num. 10. et 11.

Eisdem doctrinis, & rationibus resolvendum est de fructibus in permutationibus, quoniam per I 08 mutatio est reciproca resignatio ad fauorem alterius permutatis; & ita permutatur beneficium, ut fiat alterius.

Hæc in quantum ad Theoricā, & iure communi atento; iure autem speciali Constitutionum Roi I 09 manorum Pontificum, & in Regno nostro Neapolitano in quantum ad redditus incorporatos idē est iudicium, ac cū vacat per obitum; in quantum verò ad inexactos dicit *Parisius* in dict. lib. I. qu.

6. num. 10. quod ad Cameram spe-
ctant fructus inexacti usque ad
diem, quo resignarius, seu pro-
vulus accipit possessionem: Multi
verò dixerunt Constitutiones Apo-
stolicas in hac materia editas, quas
supra retulimus non habere locū
I 10 in resignationibus, & transla-
tionibus (vt diximus) illas enim
tanquam exorbitantes, & iuris
communis correctorias, loquētes
in casu obitus, non esse extenden-
das de casu ad casum, *Hondedeus*
d. cons. 83. n. 37. Spada d. consil. 34.
sub num. 7.

Insuper in Bulla Pij IV. expre-
sè exceptuatur casus resignationis
I 11 ibi (præterquā per cessum) quod
mihi dicendum de iure videtur; est;
in resignationibus ad favorē fru-
ctus omnes dividendos esse inter
resignantem, & resignatarium, ac
I 12 Cameram Apostolicam nullos
fructus de iure prætendere posse,
quia Camera intrat pro fructibus,
quando contingit vacatio benefi-
cij, vt patet ad sensum in Constitu-
tionibus antea adductis, sed nul-
la consideratur vacatio in resigna-
tionibus ad favorem; saltem, si
contingit, est momentanea, vt fir-
mavimus cum Sacra Rota in dicto
tractatu de exequitoribus litera-
rum Apostolicarum in cap. 14.
num. . Ergo si non contingit va-
catio, neque intrat Camera pro
I 13 aliquo interesse. In resignatio-
nibus autem simplicibus, quia ve-
rè contingit vacatio quo usque Se-
des Apostolica provideat, tūc fru-
ctus illi, qui de iure vacationis per-
ci-

cipiuntur, vel qui non fuerunt percepti à resignatore, nec sibi eos reservavit expressè, spectant ad Cameram Apostolicam, sicuti rata pendentium, ut diximus de obitu, etiam vigore Constitutionis Sixti V. & ita observat Nuntiatura Apostolica huius Regni, & dicunt Ministri, ex eo quia Sextus V. reservavit omnes fructus beneficiorum vacantium in hoc Regno. Nā cū beneficia vacat per resignationem verè dicuntur vacare; ergo intrat Camera Apostolica, & ex eo etiam, quia attenta Bulla Pij Quarti 32. & Pij Quinti 26. omnium beneficiorum reservatorum in Italia, & præser-tim in Regno omnes fructus à die vacationis usque ad diem provi-sionia spectant ad Cameram: sed cum beneficium resignatur in manibus Papæ fit reservatum, & affe-ctum; ergo illius fructus inexacti, & pendentes spectant ad Camerā. Sed adverte, quod tam in Constitu-tione Pij IV. 32. quam etiā Pij V. 26. (vtraque incipit *Cupientes*) ex-pressè exceptuatur casus resigna-tionis ibi *preterquam per ce/sum*. At per Bullā Sixti V. 90. videtur, quod generaliter sit, & cōprehendat om-nem casum vacationis secundum intelligentiam aliquorum, sed de hac Bulla fusiùs infrà.

Hæc, quæ diximus nupèr, pro-cedunt in casu, beneficiorum mi-norum resignationis; In quantūm verò ad Episcopatus in primis no-tandum est, quod in his non solet regulariter admitti resignatio ad

114 favorem, sed libera in manibus Sanctissimi, & ad summum con-ceditur S.R.E. Cardinalibus, vt scilicet possint resignare Ecclesiæ Cathedrales ad favorem, & meis temporibus sub Pontificatu Inno-centii Decimi fuit admissa resi-gnatio quoniam Eminentissimi Cardinalis Capponii Episcopi Ravé-natensis ad favorem Illustrissimi Turregiani Clerici Cameræ cum pensione eventuali ad favorem Excellentissimi Principis Camilli Pamphylii. Et cum esset præmor-tuus Innocentius X. fuit disputa-tum, an locus esset reservationi di-ctæ pensionis, ex quo eventualitas non successerat tempore Innocen-tii, qui consensit eventualitati, & ego Romæ degens scripsi pro Il-lustrissimo Turregiano. Item quia Eminentissimus Petrus Carafa resignavit Episcopatum Tricari-censem ad favorem q. Illustrissimi Petri Aloysii Carafæ Teatini eius Nepotis; tempore Alexandri VII. q. Eminentissimus Cardinalis Brā-caccio resignavit Episcopatum Viterbiense ad favorem Illustrissimi Ioannis Baptiste Brancaccio eius Nepotis, hodie Sac. Congreg. S.C.T. Interpetris Secretarii, quæ spero quāprimū ad purpurā pro-mouendum fore, ita suis meritis exigentibus, & sub eodem Pontifi-catu q. Eminentissimus Cardina-lis Carolus Carafa Episcopatum Aversanum resignavit ad favorem Illustrissimi Pauli Carafæ eius Fratris; tempore Clementis X. Eminentissimus Alterius resigua-vit

Aa

DE RECTA DISTRIBVTIONE

176

vit Episcopatum Ravennatensem ad favorem Guinicis. Quapropter hæc gratia nō conceditur omnibus, sed Purpuratis, & etiam cum aliqua difficultate. Vnde cum mihi quidam Archiepiscopus dixisset, quod intendebat resignare suam Ecclesiam ad favorem Nepotis, responsum ei dedi, quod tale desiderium à voluntate reino. vetur. Non omnibus permisum est ire Corinthum.

Igitur resignatio Episcopatus libera tantum permittitur in mānibus Summi Pontificis, nec ita frequentèr, sed cum magna causa, quia agitur de dissolutione matrimonij spiritualis contracti inter Episcopum, & Ecclesiam, & tunc

116 dummodo Episcopus resignans habeat aliunde, vt decenter viuire possit, vel referuata pensione super fructibus Ecclesiæ, quam resignat, si redditus sunt capaces pensionis, & hoc casu cum Episcopus resignat Ecclesiam, de iure loquendo omnes fructus maturati; & à solo separati debentur Episcopo resignanti usque ad diem resigna-

117 tionis admissæ; etiamsi bona essent locata, fructus tamen essent percepti, vt supra diximus; fructus autem ciuiles, si dies non cessit tempore resignationis, debentur successori; sicuti naturales, & industriales non percepti. Ita expressè dicitur in dict. decis. 278. par. 2. recent. quæ loquitur de Episcopo resignante, & in decisione apud Caualerium 104. quæ est eadem. Spada consil. 34. tom. 3. licet hic teneat

civiles dividendos pro rata temporis inter Antecessorem, & Successorem, & quod nullos fructus percipere possit post admissam resignationem, eo quia caret titulo mordicū sustinet Petrus Barboſa num. 54. vers. sed his. In Regno

118 autem nostro fructus, quos exegerit usque ad diem dimissionis suos facit; inexacti tamen licet maturati, nisi aliter cautum fuerit, spectant ad Cameram; sicuti etiā omnes usque ad diem possessionis adeptæ per Successorem, & qui tunc fuerint pendentes dividuntur pro rara inter Successorem, & Cameram, sicuti in casu obitus. Ita seruatur in Tribunali Reuerendæ Nuntiaturæ huius Regni.

Tertius modus est pertranslatiōnem, & hic modus vacationis regulariter cōsideratur in Episcopo; cum scilicet de vna ad alteram Ecclesiam trāsit. Ad cuius rei perfectam intelligentiam præmittendum est, quod cum inter Episcopum, & Ecclesiam matrimo-

119 nium spirituale contrahatur, vt dicitur in cap. quanto de translatione Episcopi; Ideò magnam requirit causam, & solus Papa transfert Episcopum devna ad alteram Ecclesiam, cap. 4. de translatione Episcopi, vbi latè Emmanuel Gonzales num. 4. qui multos citat Fagnan. in cap. quanto, de translat. Episcopi num. 10. quia trāslatio non est prohibita iure Diui-

120 no. Idem Gonzales ibidem num. 16. Et Pater Diana part. II. tract. 4. resol. 40. Estque tamen de ma-

io-

REDDITVVM ECCLESIASTICORVM.

ioribus causis Ecclesiæ , vt dicit
ibidem *Gonzales num. 14. Fagnanus in cap. cum ex illo de translat. Episc. num. 8.* An autem requiratur in translatione consensus Episcopi, qui transferendus est, la-
tè disputant Doctores; *Fagnan. in dict. cap. quanto de translat. Episc. tenet* requiri talem cōsensum. Vide ipsum ibi à num. 73. cum seq.
Rota autem penès *Bichiūm decis.*
221. num. 12 tenet, quod cum sit translatio ob vtilitatem, vel necessitatem Ecclesiæ, minimè requiratur translati consensus, quia illicò inducit absolutionem à vinculo prioris Ecclesiæ. Certius etiam di-
ci potest, quod inter Translatum, & Ecclesiam, quam de nouo accipit, nouum contrahatur matrimonium, vt benè fundat idem *Fagnanus n. 102. cum seq.*

Translationis autem duæ sunt causæ . Vna ob merita Translati,
quia in Ecclesia plurimùm laboravit, & ob merita ex vna Ecclesia ad pinguiorem transfertur. Altera est necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ, ad quam transfertur.
c. immutaciones 7. quæst. 1. Gonzales in dict. cap. primo n. 13. de translat. Episc. Fagnanus in cap. cum ex illo num. 16. 17. & 18. de translat. Episcop. Quare verò Ego translatus fuerim ab Ecclesia S. Ange-
li, & Bisacien. ad hanc Polycastren. penitus ignoro. Electus fui Episcopus illarum Ecclesiarum vñitarum à s.m. Alexandro VII. in anno 1661. & per decem, & octo annos illas Ecclesias gubernauit

cum maxima animi mei tranquillitate , non tam meis virtutibus quibus me nudū esse verè fateor, quàm ex candore animorū Dominorum temporalium illarum. Dicēsum: eorum pietate , & reuerentia erga Ecclesiam, erga Pasterem : quod Ecclesiæ erat nunquam usurpauerunt ; Immo me Dominum temporalem esse volabant, sed semper abstinui pone-re manus ad ea, quæ Iurisdictionis meæ Ecclesiæ non erant ; tum etiam ex Subditorum qualitate, qui cum dociles essent Prælato, suo semper paratam obedientiam præstiterunt. Cum verò inter Episcopum Polycastren. tunc D. Fratrem Vincentium de Sylua Ordinis Prædicatorum, & D. Comitem Polycastren. multæ intercessi-
sent graues discordiæ , & dissidia magna; Extremo die Bacchanaliorum anni 1679. cum ego Neapoli commorarer ob meas continuas ægritudines, vocatus fui ab Illusterrimo, & Reuerendissimo Mar-
co Antonio Vicentino Episcopo Fulginaten. atque in hoc Regno dignissimo Apostolico Nuntio, qui mihi dixit, quod Sanctissimus Dominus Noster Innocentius Pa-
pa XI. ad tollendos continuos anfractus inter dictum Fratrem Vincentium, & D. Comitem Polica-
stren. transferre deliberauerat eundem Fratrem Vincentium ad Ecclesiam Caluen. nupèr vacatam ob mortem D. Vincentij Carafa; me autem ad Ecclesiam Polycastren. Recusaui quantum potui hanc
A a 2 tran-

translationem ob multas causas, quas etiam exposui Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Ioanni Baptista de Luca meritissimo Auditori Sanctissimi, sed cum debita submissione ad placitum Sanctissimi, acceptauit proinde Ecclesiam hanc, in qua nihil aliud inuenio consolationis, nisi me vniiformasse cum Dei voluntate, obedisse meo Supremo Capiti, atque deseruire Beatissimam Virgini in Coelum Assumptam, quae Patrona est Ecclesie, & Diaecesis; cum Iunior fui rex illas Ecclesias sine magno labore, quia Diaeceses erant paruae, nunc cum senior sim magnos sustineo labores, assiduasque animi perturbationes; Diaecesis namque haec magna est, & situata in montibus asperrimis, & nemoribus, in quibus exulum multitudo non deficit vñquam, semper enim oportet Diaecesim visitare; redditus vero huius Ecclesiae vix ascendunt ad ducatos mille, & quatuor centum; nam satis minorati sunt ob continuas Regni calamitates; gravatur pensione annuorum duatorum monetæ Romanæ leptengentorum viginti quatuor, & minores restant, quam in illis primis habebant, sed de hoc minimè curro; habentes victum, & tegmentum his contenti sumus, & si in temporalibus minoratus sumus, in spiritualibus auctus, quia ob maiores labores, maiorem spero gloriam in futuro seculo; sufficit mihi Dci voluntatem egisse, Summo Pontifici Vicario paruisse, atque Beatissi-

mæ Virgini deseruire.

Cum ergo Episcopus transferatur de vna ad aliam Ecclesiæ quomodo fructus diuidendi sint, nunc i 27 est videndum. Translationem idem importare, ac mortem, casumque translationis comprehendi sub casu mortis, ac translatum mortuum dici respectu primæ Ecclesie, à qua transseritur, ac illum, qui Translato succedit succedere dicendum mortuo. Caterua est Doctorū quāplurimorum, qui allegant text. in cap. in apibus, §. ecce 7. qu. 2. & in cap. susceptu de reiscriptis lib. 6. ac in Clem. prima de procuratoribus (sed ibi nihil) *Glosa* in cap. sicut de præb. in 6. in verb. moritur. Ita Reg. Valenzuola conf. 190. num. 7. & 8. Mastrillus dec. 6. nu. 17. Alciatus conf. 1. num. 25. lib. 1. Anna alleg. 92. num. 3. Alter Anna conf. 14. & 82. n. 20. Roman. consil. 31. vel 32. n. 7. Gratian. cap. 290. Fagnan. in cap. quanto num. 112. de transl. Episcopi, Frances de Ecclesia Cathedrali cap. 11. num. 23. & 24. & alijs, cuius rei ea assignatur ratio, quia facta translatione statim Episcopus absoluitur i 28 à vinculo prioris matrimonij, & nouum contrahit cū secunda Ecclesia, quod solo consensu perficitur. Ideò nihil amplius habet commune cum priori Ecclesia, cuius respectu habetur tanquam mortuus, quia prima statim vacat, & Translatus perdit illicò Iura pri i 29 mæ Ecclesie, maximè si de consensu suo facta fuit translatio. Abbas conf. 101. num. 3. & 4. Bellar. in

in cap. si quis Translatus 21. quest. 2. vers. quid dicendum. Rota recent. p. 2. dec. 475. n. 6. Valenzuol. d. cons. 190. n. 14. quia Papa transferendo absoluit à vinculo, ut diximus prioris Ecclesiæ, & prima libera remanet, siue translatione sit facta ob utilitatem, siue necessitatem Ecclesiæ; nam incipit valere à die pronunciacionis, neque expectari debet consensus Episcopi. Probus ad monachum cap. generali de elect. in 6. n. 6. Abbas cap. cum nobis n. 5. de elect. & multo magis si accedit consensus, nā sibi præiudicat nō solū ex facto Papæ sed etiā proprio cap. transmissa de renūciacione Abbas d. cōf. 101. neque expectatur possitio, quod indubitatum dicit Tondutus in p. 2. cap. 4. §. 6. n. 13. Grat. cap. 196. n. 14. Et ideo hæc mors ciuilis eumdem habet effectum ac naturalis. Valenzuola loco cit. n. 9. Anna d. dec. 92. n. 7. Menochius cons. 227. Et quamvis Baldus in d. cap. ex parte il primo de officio delegati dixerit, quod differat vacatio ob mortem, & ob translationem. Attamen Anna d. alleg. 92. n. 6. dicit, quod hoc procedit in ordine ad expressionem vacationis, quia verus modus est exprimendus; non autem in ordine ad effectum, quem translatio operatur; Quapropter dicunt Episcopum, traslatum post factam translationem nullos fructus petere posse, quia iam titulus percipens di post translationem extinctus

fuit; et quamplurimi Doctores asserunt neque perceptos secū trahere posse, ut videre est Zabarell. in cap. fin. de pecul. Clericorum, & cons. 110. Bellamera in cap. si quis Traslatus 21. quest. 2. num. 10. vers. sed quid. Sarmient. de redditibus Ecclesiasticis 2. p. cap. 4. in fin. et alios, quos citat Petrus Barbosa in d. legge diuortio parte 2. sub num. 53.

Rota in antiquis in decis. unica sub. tit. de transalt. Episcopi dicit, 133 quod Traslatus petit fructus sibi debitos antè translationem, præsertim extates tempore translationis.

Petrus Barbosa in d. l. diuorio sub num. 55. dicit, quod defructibus extantibus tempore translationis distinguendum est iuxta l. defuncta ff. de usufructu, ut iam perceptos suos faciat; percipientes autem ad successorem, quia eadem ratio est ac de resignante, allegat Glofam in cap. si Episcopus de suppl. Prelat. neglig. in 6. Cardinalem in cap. fin. de pecul. Clericorum. Caualcantum dec. 44. Sarm. d. p. 2. in fine, & ita quoque de Marinis cap. 152. Addit tamen Barbosa, ut si de perceptis nihil Traslatus disposuerit, vel ad Ecclesiæ, vel Successorem pertinere debeant: quia non debet esse melioris conditionis, ac si resideat, quo casu, eo scilicet mortuo, pertinent percepti fructus, vel ad Ecclesiæ, vel Successorem. Ita Barbosa loco cit. sub n. 55. vers. quamvis, Joseph Ludonicus decis. 33. n. 6.

Sed

Sed aduerte , quod Sarmientus
 136 in loco cit. à Barbosa, dicit , quod
 de fructibus prioris Ecclesiæ , de
 qua Episcopus erâslatus est, idem
 dicendum ac de mortuo , & sic
 non lucratur fructus nisi in casi-
 bus, in quibus, si moreretur trans-
 mitteret ad hæredes.

Ioannes Honorius in Sum. Iuris
 Can. lib. 1. tit. 7. de transl. Episcop.
 sub n. 4. ait, quod Translatus amit-
 137 tit Iura prioris beneficii , & pos-
 sessionem ciuilem , & naturalem,
 fructus tamèn sibi debitos antè
 translationem , & maximè extan-
 tes tempore translationis petere
 potest, allegat ixi. in cap. præsen-
 ti, et ibi Ioannem Andream de off. ord.
 in 6. Ioannem Monach. in cap. 2. de
 rebus Ecclesiasticis non alienandis in
 6. et dictam decisionem unicam de
 translat. Episcopi in antiquis. Puteus
 autem in dec. 14. lib. 3. dicit, quod
 138 cum Episcopus transfertur, siue
 resignat , & non reseruat fructus,
 omnia transfert in Successorem,
 nec pro rata temporis tunc sit fa-
 cienda diuisio , quæ solum habet
 locum in vacatione per obitum; &
 ratio potest esse , quia translatio-
 nis natura est priuare terminum,
 à quo, & transferre in terminum
 139 ad quem, iuxta textum in cap. 1.
 de translat. Episcopi. Mandos. de re-
 signat. Gratia tit. de translat. Ama-
 tus Dunzett. dec. 995. n. 15. Fran-
 ces rverò de Eccles. Cathedr. c. 11.
 140 n. 23. & 24. simpliciter scripsit
 in casu Translationis fructus non
 deberi illi, qui Translatus est.

Hondedeus in consil. 85. siue alibi

141 86. n. 21. & 22. lib. 2. tenet quod
 fructus decursi debentur Transla-
 to, non Successori , sicuti si vaca-
 ret per mortem uti fructus debe-
 rentur hæredi, non autem Succe-
 sori, & eo magis hoc casu ad simi-
 litudinem vſufructuarii , qui do-
 nec viuit facit fructus suos ; sic
 etiam dicendum dicit de pensioni-
 bus , seù affictibus qui soluuntur
 pro fructibus; nam Translato de-
 bentur pro rata fructuum percep-
 torum antè translationem . Ità
 Hondedeus loco citato num. 27. de
 fructibus autem ciuilibus dicit,
 quod diuisio sit facienda pro rata
 temporis secundum opinionem
 Couarruias. Ità ille num. 18. et
 19. Et ità etiam obseruatum fui-
 142 se in Consilio Sacro Neapolita-
 no dicit Franchis decis. 79. inter
 Cardinalem de Sermoneta , &
 Archiepiscopum Capuanum .

Ioannes Baptista Spada in consil.
 34. tom. 3. dicit, quod eisdem re-
 gulis terminatur quæstio in trans-
 latione , ac resignatione conditio-
 nali , & idem practicandum intèr
 Translatum , & Successorem , ac
 inter Resignatarium, & Resignan-
 tem: & sicut fructus naturales , &
 industrielles , qui semel in anno
 percipiuntur diuiduntur pro rata
 fructuum perceptorum , & non
 pro rata temporis , sic etiam regu-
 latur affictus , qui debetur pro
 fructibus naturalibus, & industria-
 libus , siue pro rata fructuum per-
 ceptorum, siue à solo separatarum,
 prout supra dictum fuit , & ciui-
 les , qui dietim percipiuntur pro
 rata

rata temporis iuxta decisionem
Franc. 19. Ita quoque int̄ Ante-
 recessorem, & Successorem in casu
 translationis sit practicandum, ut
 scilicet fructus naturales, & indu-
 striales, & affictus pro fructibus à
 solo separatis spectent ad Anteces-
 sorem usque ad diem dimissionis,
 fructus autem post dimissionem
 ad Successorem, & ad Cameram
 Apostolicam ad ratam temporis,
 quo Episcopatus vacavit; fructus
 autem ciuiles pro rata diuiden-
 dos, scilicet pro rata decursa us-
 que ad diem dimissionis; nam
 æquiparantur resignatio, & trans-
 slatio, & facilius hoc admitten-
 dum afferit *Spada* in translatione,
 quam in resignatione; nam trans-
 slatio non dicitur actus voluntari-
 ius, sicuti resignatio, quia transla-
 tio fit à Summo Pontifice propter
 necessitatem, vel vtilitatem Ec-
144 clesiae, atque *Spada* non admisit
 translationē aliā voluntariam aliā
 necessariam esse: Et tam *Honde-*
deus loco citato, quam *Spada* in d.
conf. 34. expressè dicunt, consti-
 tutiones Apostolicas, præsertim
Iulii III. quæ disponunt de fructi-
 bus inexactis de tempore obitus,
 non posse applicari in hoc casu,
145 cum Prælatus adhuc viuit, & fa-
 cit fructus suos, & nullo Iure re-
 periri caustum, quod fructus per-
 cepti ex bonis Ecclesiæ, Prælato
 viuente, spectent ad Ecclesiam, vel
 Successorem.

Rota in alleg. decis. 278. p. 2.
recent. in fine dicit, quod fru-
146 ctus à solo separatos Episco-
 pus liberè resignans nō facit suos;

benè tamen Translatus à Papa
 motu proprio, quia Trāslatus de-
 bet dare proprium consensum.

Hæc sunt, quæ in hoc casu
 Translationis vidi apud Docto-
 res. Quod mihi videtur est; cer-
 tissimum existimo fructus omnes
 naturales, industriaes, affictus, &
147 alios similes fructus, quos Tran-
 slatus recepit, & incorporauit suos
 esse, & transferre posse reic̄ta opini-
 one Antiquorū, præsertim *Za-*
barella in d. confil. cap. 10. Optimè
Lotterius de re benef. lib. 1. cap. 12.
num. 25. neque verum est mor-
148 tem ciuilem æquiparari morti
 naturali, quo casu Episcopus etiā
 perceptos perdit. *Præpositus in cap.*
Apibus §. ecce 7. quest. 2. Glos. in-
cap. placuit il secundo 16. quest. 1.
Rota apud Caualer. dec. 104. & dec.
240. n. 2. par. 2. recent. quæ eadem
est, et dec. 809. par. 1. dinersorum.
Surdus conf. 333. num. 57. atque
 consuetudinem disponentem in
 casu mortis, non habere locum in
 casu translationis. *Archid. in d. §.*
ecce n. 5. Bellam. n. 2. & sic qui ha-
149 bet indultum percipiendi fru-
 ctus in morte, non percipit in trans-
 slatione, vt verius hoc esse dicit
Lotterius loto cit. n. 27. et 28. nun-
 quam enim dispositio loquens in
 casu vero, locum habet in casu fi-
 ño per legem, præsertim in ma-
 teria stricta, & odiosa, ut commu-
 nitè afferunt Doctores: diffi-
 cultas potest esse de fructibus matu-
 ratis, inexactis tamèn, & non com-
 mixtis, & de fructibus pendentib-
 us; & in quantum ad maturatos,
 & decursos antè translationem

ve-

verius dicendum videtur, quod suos faciat, & petere possit iure
 150 communi attento, & iuxta sententiam Rotæ dec. 809. n. 2. p. 2.
 diuers. & decis. 278. parte 2. recent. in fine Panuinus de potestat. cap.
 sede vacante par. 2. quest. 8. n.
 28. nec dissentire videtur Handedeus, & Spada locis citatis, &
 hoc casu cum Traslatio fit à Papa ob necessitatem, aut utilitatem
 Ecclesiæ secundum Rotam in d.
 decis. 278. in fine, ni fallor, non oportet ut Translatus referuet ex
 151 pressè fructus maturatos, prout in resignatione requiritur, quia resignatio est actus voluntarius dependens à propria voluntate, & cum non referuat, censetur remississe; Translatio autem fit à Papa motu proprio (prout fuit mea) & ideo non censetur præjudicare sibi Translatus, licet, cum translatione petitur à Papa, & illam facit
 152 ad partis petitionem, attentis meritis illam petentis, aliud videatur dicendum; Cum tunc concurrat actus voluntatis Translati, & tunc sit dicendum, ac de resignatione dictum est.

Pendentes autem fructus, qui scilicet non sunt maturati tempore translationis, Translatus petere
 153 non poterit secundum Doctores citatos, quia per diem translationem vinculum fuit iam dissolutum, & titulus extinctus omnino, & ideo caret iure, quo petere possit fructus, qui maturant eo tempore, quo aliquo titulo Translatus caret; fructus namque

omnes non possunt recipi absque aliquo iusto titulo, alias furtum committitur: Ideò Translatus pendentes petere non poterit, quia isti cum colligendi sunt, titulum non habet.

Hæc in quantum ad ius commune, videndum nunc est attentis Constitutionibus Summorum
 154 Pontificum. Evidem Litteras de re benefic. lib. 1. quest. 12. num.
 29. cum seq. ita scribit. Sed quid dicendum in terminis indulti concessi Camerae Apostolicæ; ei enim applicati fuerunt omnes fructus beneficiorum
 155 referuorum, vel affectorum per obitum, vel alio quouis modo, praeterquam per resignationem vacuum usque ad diem prouisionis, seu adeptæ possessionis ex Constitutione
 32. Pij Quarti neque est dubium eam amplecti fructus mensarum, et Ecclesiarum quarumcumque ex constitutione Sixti V. 100. in novo Bullario. Finge vacare Cathedralē per obitum, Cameram omnes fructus ad manum suam reducere; Finge rursus ad eam Ecclesiam transferri alium Episcopum in mense Martis, sed ipsam translationem consensa illius non confici, nisi in mense Iulii, & Cameram omnes hos fructus, veluti adhuc non reconditos sub sequestrum ponere; prioris autem, ad quam facta est translatione iam separasse à solo, et cum effectu percepisse. Projecto durum est excludere indulsum Camere, aut ab unius, aut alterius Ecclesie fructuum percepcione, siquidem respectu prioris vacantis per obitum nulla subest dubitatio;

ver-

verba enim indulti sunt clara; respectu etiam secunda, à qua facta fuit translatio, videtur cessare ratio supra adducta per Doctores in d. can. in apibus, quia indultum non est restrictum ad vacationem per obitum, sed complectitur vacationem ex quo cunque alio modo, præterquam per cessum, & sic in aliis firmat vim, & efficaciam suam l. cum Prætor de iudic. cum vulgat. adductis per Franc. dec. 499. n. 2. & ubi conueniunt verba legis, conuenit etiam legis dispositio, etiam si dura possit videri l. prospexit cum ibi not. ff. qui, & à quibus. Hæc Lotterius.

Certum enim est, quod tam Pius Quartus, quam Pius Quintus in Constitutionibus suis quæ 156 incipiunt *Cipientes*, reseruauerunt omnes fructus beneficiorum referuatorum, præsertim in Regno quo quis modo vacatum, præterquam per cessum à die vacatio- nis usque ad diem possessionis pro rata, & cum nullum modum exceperint, præterquam per cessum, omnes alios incluserūt: attamen dici poterit, quod sub vacatione per cessum includi poterit vacatio per translationē, quia in ea maior ratio consideratur, ut supra dictū est, & Cōstitutiones Apostolicas circā has reseruationes fructuum non sibi vēdicare locum in translatio- 157 ne dixerunt *Hondeodus*, & *Spa- da locis citatis*, ut diximus. Deinde considerabam, quod in dictis Bullis Pii IV. et Pii V. reseruantur fructus à die vacationis beneficii, usque ad diem possessionis pro ra-

ta temporis; non autem in illis disponitur de fructibus iam maturatis antea, sed de his loquuntur 158 Constitutiones Iulii III. & Sixti V. & his Constitutionibus, præser- tim Sixti, reservātur fructus matu- rati, & non exacti tam ante quam 159 post vacationem. Attamen tam Constitutione Iulii, quam Sixti ex- pressè loquuntur in casu obitus, & Constitutione Sixti, ut diximus su- pra fuit facta ad tollendum hanc quæstionem intè Nuntium Nea- politanum, & Clerum unius cuius- que Ciuitatis, & Dioecesis Regni Neapolitani; quia scilicet preten- debat Clerus, fructus maturatos, inexactos tamen, non spectare ad Cameram, & expressè Sixtus lo- quitur de vacatione per obitum, vt legitur in procēdio Cōstitutio- 160 nis, & in §. 1. ibi. *Tam antè obi- tum illorum possessarum pendenties, et maturatos, ac etiam à solo minimè separatos, seu nondū exactos, quam etiam post eorum obitum usque ad diē captae possessionis, &c.* Vnde non est verum quod mihi dicebat quidam vir sanè doctus, quod Con- stitutio præfati Sixti loquatur de quocumque vacationis casu, sed, vt patet, restringitur ad vacatio- nem per obitum.

Habet hic discursus aliquod fundamentum, sed sunt entia ra- tionis, quæ dumtaxat in intellectu 161 fundamentum habent, cum in praxi hisce temporibus contrariū obseruetur. Nam Reueren- da Nuntiatura huius Regni ac- cipit omnes fructus inexactos té-

pore vacationis, & ratā fructuum post possessionem Translati ad instar vacationis per obitum, ut contigit mihi in facto cum translatus fui ab Ecclesia S. Angeli Lombardorum, & Bisacien. ad hanc Policastren. Translatio fuit in Concistorio die octaua Maii 1679. Possessionem accepi die 30. Maii eiusdem anni, petii ratam in fructibus naturalibus, & industrialibus Ecclesiæ dimissæ per nouem menses iuxta computacionem anni in naturalibus, & industrialibus Ecclesiæ dimissæ per nouem menses, iuxta computationem anni in naturalibus, & industrialibus, qui colliguntur tempore Augusti; hoc fuit mihi denegatū ob motivum antedictum, licet sciuerim quondam Illustrissimum, & Reuerendissimum Thomam Brancaccio in translatione ab Ecclesia Auellinen. ad Nicoteren. & quondam Illustrissimum de Luca ab Anglonen, ad Nazaren. accepisse ratam; & tantū habui in his nouem mensibus ducatos bis centum à Regia Dogana Apulæ pro herbagiis Defensæ dictæ Formiculæ, quorum solutio iam cesserat in mense Aprilis; in Ecclesia verò hac Policastren. à die possessionis, quæ, ut dixi, fuit die trigesima mensis Maii usque ad totum Decembrem eiusdem anni, & sic per sex menses tantum habui ducatos centum nonagintanouem, reliquos verò maturatos post diem possessionem in mense Augusti, & Septembris, Octobris,

Novēbris, qui fuerunt ducati quin genti septuaginta quinque recepit Camera pro pésionibus solvendis, & pro rata, & sic ego in quindecim Præfulatus mēsibus rātū ex fructibus vtriusque Ecclesiæ habui tercentum nonaginta. Et licet haberim subsidium charitativum à Clero Policastren. hoc non excessit ducatos tercētum nonaginta, expendi tamen in Bullis ducatos mille, & quatuor centum monetæ huius Regni.

Sed audiamus iterum Lotteriū 162 loco citato, qui post verba, quæ suprà adduximus, ità subneccit: Ceterū longè durius est Translatū vtrinq; excludi à perceptione fructū; id enim repugnat naturali ratio- ni, secundum quā nemo militat suis, stipodijs, & qui Alcari seruit de alcari vīctum fibi assumit. cap. cum se- condum Apostolum de præbeu. idque ut de Iure Diuino possumus, exhibe- que superius quest. q. n. 49. & 52. late differimus, non est credendum, Romanum Pontificem casu aliquo per sua indulcta infringere voluisse: Vnde captiōfam libertatem pruden- ti interpretatione frangi conuenit in- quit Text. in L. cum Aquiliana ff. de transact. Proindeque hoc casu vī- detur tenenda media via, statuen- dumque ita; ad Cameram fructus istius Ecclesiæ, à qua est facta trans- latio pertinere, ut ab illis separentur qui sufficiant pro aliomentis ipsius Episcopi; Tano quia istud videtur satis declaratum in suprà alleg. cap. presenti de off. Ord. in 6. tūm quia alias sequetur beneficium Papa in trans-

transferendo eſſe ipſi Translato no-
ciuum, qui reperiret ſe hoc pacto de-
ceptum, quod minimè dicendum, ut
in eo cap. praefenti norat Ioannes An-
dreas num. 2. Cum hæc legiſtem,
valdè conſolatus ſum, quia con-
ſiderauit, Lotterium pro me ſcrip-
ſiſſe; æquitas enim, & naturalis ra-
tio ſuadebat, (& ſi alioquin Iu-
ra refragarentur,) ut mihi victus
ſufficiens ex Ecclesijs, quibus fer-
uiui, præſtaretur; ut enim dixi in
quindecim mensibus tercentum,
& nonaginta ducatos habui Re-
gni, conſideret ergo quisque, ſi ha-
ſufficerit ad victum, & veftitum;
ad itinera, & ad alia; & præſertim
cum ad hanc Eccleſiam peruen-
erim fuit mihi neceſſarium expen-
dere ducatos ferè centum pro re-
ficiendis molendinis Menſæ, quæ
iam ruebant, Testor Deum Om-
nipotentem, quod multa debita
contraxi; quæ adhuc exſoluere
debeo. In Deo meo Crea-
tore, & Redemptore, benigno;
mifericorde, atque Omnipo-
tentι, cuius voluntatem ex-
equutus ſum confido; Ipſe me de
angustijs meis liberabit, & ne-
ceſſitatibus meis copioſiſſime
ſubueniet.

Antequām ad ulteriora proce-
damus hic annotare liceat, quod
cum ſupradiximus, fructus pro ra-
ta ad ſuccesſorem ſpectare à die
poſſeffionis, hoc ſanè intelligen-
dum de poſſeffore iusto, & valido,
nam intruſus, quamuis percipiat
fructus, tamē ſuos non facit: *Lo-
tterius de re benef. lib. 3. queſt. 20.*

num. 3. ſed hi, vel ad ſuccesſorem,
vel ad Cameram (ut in Regno
noſtro) ſpectant. Sic etiam cum
aliās litteræ prouisionis Apoſtoli-
164 cæ non ſunt validae, ſed ſubre-
ptitiæ, & impetratur reſcriptum
reualidatorum, ſeu *Perinde va-
lere*, fructus medio tempore per-
cepti ſpectant ad Cameram. quod
cum Octauius Gaudiosus reſcrip-
tum hoc impetrasset ſuper prouи-
ſione Apoſtolica Canonicatus
Metropolitanæ Neapolitanæ, me
conſulete, ob ſubreptionem com-
miſſam in primis litteris, ex quo
non expreſſerat qualitatem Eunu-
chi, in dicto reſcripto reformato-
rio clauſulam apponere fecit, *Vna
cum fructibus medio tempore per-
ceptis*, aliās oportebat iſum cum
Camera transigere ſuper fructibus
165 exactis. Item cum poſſeffio be-
neſciorum à S. Sede prouiforum
nō accipitur de manu Nuntij cum
litteris, vulgo dictis (de rilafcio)
iuxta Bullam Pij Quinti, *Cupien-
tes*, de qua ſupra, omnes fru-
ctus ſpectant ad Cameram, quia
nulliter tunc accipitur poſſeffio,
ſed in praxi non multum obſerua-
tur hæc Bulla: ſæpè enim ſæpius
accipitur poſſeffio abſque diictis
litteris Illuſtrissimi Nuntij, &
hæc Bulla non videtur, quod ſit
in viridi obſeruantia, ſed videant
prouifi, an ſint tuti in conſcientia:
Ego verò obſeruare feci in mul-
tis Apoſtolicis prouisionibus cum
eſſem Epifcopus S. Angeli, & Bi-
ſaccien. Ita etiā cum in bene-
ſcij resignatis non fit publicatio
B b 2 iuxta

iuxta Constitutionem Gregorij Decimiertij, *Humana vix iudi-
cio, cum tunc non solum fructus
percepti amittantur, sed ipsum
quoque beneficium, & si Sedes
Apostolica concedit restitutio-
nem aduersus publicationem, in
restitutione debet apponi clausula,
etiam cum fructibus perceptis;
aliás fructus medio tempore per-
ceptos debet restituere Camera,
vel supèr illis compositionem fa-
cere, & sic de alijs. Sempè enim
quod titulus est infectus, vel re-
soluitur ex aliquo defectu com-
misso, intrat Camera Apostolica
pro fructibus medio tempore per-
ceptis.*

Hic tamen obiter notandum
duxi, non tamè omnino extrà
propositum, quod cum ad regi-
men huius Ecclesie Policastren,
accesserim, inueni quod viuente
s. m. Clemente X. vacauerunt
nonnulla beneficia in mensibus
reseruatis, & ideo affecta fuerunt,
& reseruata dispositioni S. Sedis;
ipso tamen Summo Pontifice
mortuo fuerunt collata à meo
Prædecessore sub prætextu, quod
Sede Apostolica vacante ordina-
rius potest conferre omnia benefi-
cia. Parcendum duxi Illustrissi-
mo Prædecessori, cum fuerit
Theologus, non Canonista ne-
què Curialis; sed adscribendum
eius officialibus parùm practicis,
& minus studiosis; illa enim be-
neficia ordinarius potest conferre,
quæ vacant in actu, & tempore,
quo Sedes Apostolica vacat, in

omnibus meisibus, & non sive
aliás reseruata, & affecta aliqua
reseruatione, vel affectione in cor-
pore Iuris, nō autem illa, quæ va-
cauerunt in meisibus reseruatis Se-
de plena vel aliás erant reseruata
aliqua alia reseruatione, scū af-
fectione quomodolibet Sedi Apo-
stolicæ. Ratio huius est clara, &
manifesta, quia illa reseruatio, quæ
consurgit ex mensibus, prouenit
ex regulis Cancellariæ, quas unu-
quisque Pontifex in crastinum
sue electionis facit, & promulgat,
& durant dumtaxat dum ipse vi-
vit; eo verò mortuo statim cessant,
& expirant, & cum mortuo Papa
non adsint regulæ Cancellariæ
collitur impedimentum ordina-
rijs quod consurgit ex regulis
Cancellariæ, & ideo possunt con-
ferre, nulla differentia mensium
considerata, quæcumque benefi-
cia, quæ Sede Apostolica vacante,
vacauerint, dummodò non sint
aliás affecta, & reseruata aliqua re-
seruatione in corpore iuris exi-
stente. Cum autem beneficia sunt
vacata viuente Papa, cum viget
reseruatis in meisibus, vel si aliás
fuerunt affecta, iam reseruatio
& affectio habuit effectum suum,
& iam introducta per mortem
Papæ non cessat, & per conse-
quens impedimentum semper
durat, nequè retrogradatio locum
habet, quia iam ius fuit acquisi-
tum S. Sedi Apostolice, & be-
neficia semel affecta, & reseruata
semper talia sunt, donè reserua-
tio plenè consumpta fuerit per
pro-

prouisionem Papæ, *Lotterius lib. 2. quest. 27. num. 54.* Et quamvis expirat regula reseruatoria per mortem Papæ, non tamè expirat regule effectus, causatus antè obitum Pontificis: In puncto *Mandatis super regula Cancellarie, nona, quest. nona, n. 20. Cochier. in proem. ad regulam Cancell. nuns. 21.* *Nouerus p. 2. in sum Bullar. in rubric. de beneficijs, que vacante Seconde Apostolica vacante num. 1. 2.* *¶ 5. Gonzaler ad regulam octauanam Cancellarie in proem. §. 5. n. 6. & ante istos magistraliter *Geminianus in consil. 93. incipien. In Christi nomine Amen.* Videtur primò quod ista reseruatio. Nequè verum est, quod Papæ currit aliquod tempus ad conferendum, quo expleto possit Ordinarius conferre, quia nullum tempus est præfixum Papæ ad conferendum beneficiaria reseruata, vel affecta, ut obseruamus in praxi, & si beneficia centū ab hinc annis essent vacata, nūquām poterit Ordinarius ea conferre ob Papæ negligentiam supplendam; numquām enim inferior poterit supplere negligentiam Superioris, nequè à maiori ad minorem sit deuolutio, quæ omnia clara sunt, & extrā controueriantur. Ideò Collatores non euaserunt pœnas inficias in Constitutionibus Pij. IV. & Pij. V. quæ incipiunt *Cupientes. in S. ¶ tribulonimis.* Rrouilos autem sic; dixi non facere fructus suos, ut potè intrusos, nec eis suffragari regulam de Triennali, quia satis*

notoria est reseruatio, & nimis clairaintrusio.

Vidcamus nunc de fructibus beneficiorum, qui solvuntur Pensionario, quomodo dividendi, & 165 distribuendi. Duo occurunt in hac materia casus. Primus est, quando moritur Pensionarius pensione non soluta; alter quādo moritur titularis, & pensionarius agit pro pensione contrà successorem in Ecclesia, seu beneficio.

In primo cum moritur Pensionarius, tunc multi Doctores tenent, quod hoc casu fit diuisio pro rata anni decursi, ut scilicet Pensionarius, qui moritur ante exactam pensionem, transmittat ad 168 hæredes suos pensionem pro rata anni decursi. Ità videtur sentire *Covarruicias in sepe cit. cap. 15. num. 13. lib. 1. ruers. Molina de primogenitura, lib. 3. cap. 11. Gutierrez can. q. c. 33.*

Alexander consil. 15. num. 3. lib. 2. Gigas de pens. quest. 53. Thes. dec. 143. Bursarus consil. 178. Handedeus consil. 85. num. 22. do 169 cent, ad hæredes Pensionarii transmitti pro rata fructuum perceptorum iuxta l. defuncta ff. de usufr. velut si Pensionarius decebat antequām fructus, super quibus imponitur pensio essent percepti, nihilominus transmittat ad hæredes, si verò fructibus perceptis, & collectis transmittat, etiām si dies solutionis non cesserit. Pro hac opinione *Lotterius in lib. 1. quest. 44. num. 7. citat etiam Covarruicias loco citato.*

Hanc

Hanc sententiam controvèrtit
 170 *Lotterius*, loco citato à n. 10. usque
 ad 15. inclusuè & ostendit, in subie-
 cta materia non posse applicari di-
 spositionem, *textus in l. defuncta*,
 & l. in singulos de annuis legatis, &
 hanc sententiam omnino confu-
 sat *Castillus lib. I. de usufr. cap. 79.*
 dum dicit deceptum *Hondecum*
 ita existimantem. *Lotterius* autem
 loco cit. num. 16. tenet cum *Rota*
 dec. 678. par. 4. recent. *Gratian.*
cap. 548. num. 48. & *Coccini. dec.*
323. num. 2. & cum alia decisione
Rota penes Marchesc. fol. 604. par.
 1. scilicet transferri actionem ad
 hæredes mortui Pensionarii pro
 rata fructuum perceptorum in vi-
 ta per beneficiatum, ad instar sim-
 plicis usufructuarii, non autem præ-
 stationis annuæ, quæ opinio quo-
 dammodo coincidit cum opinio-
 ne *Alexandri*, & aliorum. Et hanc
 etiam sententiam tenet *Tondutus*
de pensionibus cap. 20. num. 6. 7. &
8. et 43. et 44. scilicet pensiona-
 riū transmittere ad hæredes actionem
 pro rata fructuum percepto-
 rum per Titularem; assignat ra-
 tionem; quia cum pensio solvatur
 intuitu fructuum, & sit onus rea-
 le super fructibus impositum, non
 conuenit ut Titularis eo tempo-
 re, quo fructus non percipit, pen-
 sionem exoluat; & è contra si fru-
 ctus quorum respectu pensio de-
 betur fuerint pro parte percepti,
 æquitas suadet ut etiam pro rata
 illa debeatur pensio, pro rata scili-
 cet temporis anni inchoati à die
 reservationis pensionis usque ad

diem mortis pensionarii, & citat
 decis. *Cavaler. 129.*

At *Petrus Barbosa in dicta l. de*
mortio, part. 2. num. 4. Sarmientus
in defensione, tract. de Redditibus
 172 *Ecclesiasticis, par. 2. admonit. 16.*
Castillus lib. I. de usufructu, cap.
79. num. 17. existimauerunt, si
 dies solutionis pensionis cesserit
 viuo Pensionario, tunc transmit-
 tatur ad hæredes actionem ad peten-
 dum pensionem, cuius dies iam
 cesserat viuo Pensionario, siue fru-
 ctus essent maturati, & collecti, si-
 uè non; si vero Pensionarius obie-
 rit non cesso adhuc die solutionis,
 nihil transmittat ad hæredes, nec
 etiam pro rata, & hanc certiorem
 dicunt sententiam.

Alter casus est, quando mori-
 tur Titularis, siue vacat Ecclesia,
 quocumque modo, & restat
 Pensionarius, & datur successor
 novus in Ecclesia, seu beneficio;
 & hoc casu *Lotterius in dicto lib. I.*
quest. 44. num. 19. simpliciter exi-
 stimat hunc novum successorem,
 & hæredes defuncti teneri pro ra-
 ta fructuum perceptorum iuxta
 decisionem *Coccini 327. num. 2. ac*
 idem prorsus esse dicit, si Camera
 Apostolica defunctum spoliasset.
 sed *Lotterius in dicto lib. I. quest.*
39. à num. 107. cum sequent. mul-
tū triturat hanc materiam; & pro-
 174 *bat dari actionem realem, & per-*
sonalem pensionum contra succes-
sorem in beneficio pro terminis
decursis, sed ipsum teneri probare
fecisse diligentias contrà anteces-
sorem, quia obligatio successoris
est

est accessoria , & subsidiaria , & propterea nō intrat obligatio successoris , nisi constito , quod principalis debitor , vel eius hæres non sit soluendo , quod latè explicat *Lotterius* , & ponit quomodo diligentias præmitti debeant: At in num. 150. ait , quod quocūque cap. 175. su , Iudex qui cōpellit successore in beneficio ad soluendum pensionis terminos decursos in vita predecessoris , debet cauere , ut relinquatur congrua pro ipso Titulari , itaùt illa in primis , & antè omnia deducatur , ne qui Altari seruit , fraudetur debito ex eodem Altari victu , contra text. in cap. extirpanda , & cap. cum secundum Apostolum de prabendis ; quamvis enim ista exceptio non militet , ubi tractatur de solutione terminorum cedentium tempore suo , tamen recipienda est omnino cum agitur de terminis decursis in vita prædecessoris , ut concludit Rosa apud Gregorium d. decis. 507. nu. 5. Hæc *Lotterius*.

Hæc nō dissimiliter scripsit Tōdorus in d. cap. 20. à n. 10. cum seq. dum dixit ; quod licet successor in beneficio teneatur ad solutionem pensionum decursarū in vita prædecessoris iuxta decisionem Ludouisi 507. tamen hoc verum esse , quando constat fuisse factas diligentias contrà prædecessorem , qui fructus percepit , & illius hæredes , & sic in subsidium teneri , teste Merlino decis. 380. num. 5. & 7. cum non sit æquum , ut qui fructus non percipit teneatur ad

solutionem pensionis , quæ impo- nitur supèr fructibus : nec suffra- gari diligentias contrà Procura- torem antecessoris ; sicuti nec di- ligentias factas pro terminis præ- teritis. Add. Ludouisi d. decis. 507. atqui pensionarium habere ele- ctionem vtrum malit agere con- tra illos , qui fructus perceperunt , vel contra beneficij successorem , iuxta decis. Buratt. 448. num. 8. et 9. et Marchesan. de commiss. par. 1. tit. de commiss. in causa pens. p. 1. §. 2. num. 4. consultiū tamè ipse existimat pensionarium agere contra Titularem , contra quem via exequiua agere poterit , quām contra hæredes defuncti , contra quos via ordinaria oportet agere . & quamvis pensionarius agat hy- pothecaria contra possessorem be- neficij , quia fructus sunt hypothe- cati per solutionem pensionis : Attamen Rotam ex æquitate sem- per firmasse , ut agatur contra hæ- redes defuncti iuxta decis. apud Pa- cific. de Saluiano 363. num. 3. At- qui pensionarium diligentias præ- mittere oportere contra antece- sorem titularem , & hoc tamquām fundatum suæ intentionis probare debere illasque iudicia- rias , & continuatas iuxta decis. Bu- ract. 617. & in hoc casu successo- rem non teneri nisi deducta con- grua pro eius substantiatione Add. Buract. loco cit. num 17. Hæc est sententia Tonduti in d. cap. 20. quæ uniformis est cum opinione Lor- terij.

Tamen in hac materia Sacra Rota

Rota apud Caualerium, decis. 129. tenuit, pro rata fructuum perceptorum teneri successorem ad pensionem non solutam ab Antecedente, & secundum hanc Rotæ determinationem nouissimè prodierunt ab eadem Sacra Rota duæ decisiones, una in *Neritonen. pensionis coram Eminentissimo Carpinea*, quæ habetur p. 15. recent. *decis. 356.* Altera coram *R.P.D.Taya*, habetur p. 16. recent. *decis. 231.* in quibus decisionibus Sacra Rota recessit à sententia antiqua, & statuit successorem teneri pro rata fructuum perceptorum ab ipso, & non pro rata temporis. Et ita *177 quoquè Tonditus de pens. capit. 20. Antonellus d. lib. 1. cap. 28.* assignat rationem, *Rota in d. decis. 356.* quia licet annus diuersimodè sumatur secundum varias contingentias; *Antonellas de tempore legali, cap. 7. num. 7. et 8.* tamèn ad effectum pensionis attenditur annus emergens, qui nullam habet regulam, & sumit initium à *178 die reseruationis pensionis, & terminatur in ipsa die sequentis anni, intrà quod spatium fit integræ collectio fructuum. Rota dec. 708.* & coram *Coccino decis. 327.* & coram *Caual. decis. 129.* *Tond. de pens. cap. 20. Antonellus lib. 1. cap. 38. num. 14.* ibique *num. 5.* dicitur, Episcopum non teneri ad solutionem pensionis ante captam *179 possessionem, & num. 6.* teneri ad pensionem iuxta ratam fructuum, & ad reliquam pensionem teneri Cameram Apostolicam,

scù Cessionariū & allegatur ratio, quia pensio est reseruata supèr fructibus, & sic pro rata fructum soli *180 uenda At qui ibidem num. 8. 9.* *& 10. Sacra Rota coram tanto doctissimo Principe, statuit, quod diuersa est regula, & ratio statuendi fructus, & tempora fructuū pro diuisione intèr Cameram Apostolicam, & successores, & statuendi pensiones, & illarum obligationes, quæ regulantur secundum tempora reseruationum, & ita regulandas pensiones, & non secundum instructiones sub collectorum Nuntiaturæ, ibiquè allegantur aliæ decisiones Sacrae Rotæ, & in *decis. 231. p. 16. num. 12.* dicitur, quod successor non *181 tenet nisi priùs deducta congrua pro ipso, num. 6.* & dixerat fæciedas esse diligentias, quod utrumquè docuit *Lotterius loco cit.* Cum hac determinatione Sacrae Rotæ resolutebam prætentionem Illustrissimi Philippi Iacobi olim Episcopi Policastræ, ad cuius fauorem S. M. Clemens Nonus in dimissione præfatæ Ecclesiæ reseruauit pensionem annuam duicatorum sexcentorum monetæ Romanæ soluendorum tercentos die octaua Martij, & reliquos tercentos die octaua Septembri: Cum enim Illustrissimus Frater Vincentius de Sylua exegisset fructus omnes usque ad diem vigesimum quartum Aprilis, dicebam Ego, & recte, quod ad ipsum spectabat soluere semestrè Martij *1679. Semestrè vero Septembri**

bris ad Cameram Apostolicam,
quia exegit omnes fructus: Immò
nèc teneri ad Semestrem Martij
1680. nisi pro rata fructuum per-
ceptorum quatenus exegissim :
sed à die possessionis quam adept-
tus fui dictæ Ecclesiæ, scilicet à die
trigesima Maii usquè ad dictum
diem 8. Martij percepi dumtaxat
centum nonaginta ducatos Re-
gni. Ecce , quod clarè apparebat
quod ad nihil tenebar , quia priùs
deducenda erat mea congrua pro
dicto tempore , & si ad aliquid
obligatus eram , dumtaxat pro
rata fructuum , & non pro rata
temporis ad dictam pensionem ;
sed hoc displicebat dicto Domino
Episcopo ; certè quod ego nec
eram obligatus soluere semes-
trem Martij 1680. nisi pro rata
fructuum : Solui tamen uti alic-
ius à iurgio , & quietis cupiditate
ductus .

Quia (cæterum) nouissimas
S. R. Rom. Decis. ad rem hanc
citani , placuit eas huc transcri-
bendas curare , vt Lectorem bene-
volum ab onere illas alibi que-
rendi leuarem ; tum vt certiorem
eum facerem , rem ita diffinitam
esse à S. Rota , vt tester ego per
haec scripta , quæ doctorum Viro-
rum expectant judicium .

Et ex his absolutus est hic meus
qualis qualis tractatus , benè juvan-
te Deo Optimo Maximo , Beatis-
simæ Virgine in Cælum assumpta ,
quæ Policastrensis meæ Ecclesiæ
meique Patrona est , omnibusque
Sanctis quorum me protectioni

commodo: et cuncta quæ scripsi ,
Sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ
iudicio submitto .

R. P. D. Carpino postea S. R. E.
Cardinali .

Neritonen. pensionis .

DECISIO 356.

Confirmata fuit sententia Ro-
mum Episcopum nullatenus te-
neri ad solutionem pensionum ,
quibus gravata extat Ecclesia
Neritonen. pro termino Dominicae
Nativitatis anni 1655. & pro
aliis duobus terminis anni 1656.
teneri tantum ad mensuram fru-
ctuum illius anni inter ipsum , et
cessionarium Cameræ diuisorum
Ratio huius resolutionis fuit , quia
licet secundum varias casuum
contingentias annus diuersimodè
sumatur ex notatis per Escobar. de
ratiocin. comput. 21. per tot. et per
modernum Veluternum de tempore
legali cap. 7. num. 7. & 8. et latif-
simè ad explicationem text. in cap.
i. §. his consequenter it. hic fin. l. in
rufibus fend. Barbat. de divisione
fructuum par. 2. cap. 4. à num. 14.
usque ad n. 19. attamen ad effe-
ctum de quo agitur , atquè repar-
tionis pensionum attenditur ille
annus , qui dicitur emergens nul-
lam habens regulam in inchoa-
tione , de quo Bald. in l. de diuis. 5.
ff. solus. matrim. Sumensque ini-
tiū à die reservationis , & termi-

Cc nans

nans ipsa die sequentis anni intra quod spatum integra sit collectio fructuum obnoxia, et obligata annuali pensioni, licet pro commodiiori solutione in duos terminos distributæ; ita pluries resoluit Rota, et signanter coram *Penia in decis. 708.* in *decis. 327.* coram *Coccino per tot. 129.* coram *Causal. n. 3.* et tradit. *Gaz. de benef. par. I. cap. 5. num. 190.* *Sanleg. in tract. de pen. cap. 20. num. 7.* & prius in *I. tom. refolut. Canon. cap. 10. n. 9.* et ad ductis concordam. idem *Modern. Veliter. de temp. legal. lib. I. cap. 38. num. 14.*

Igitur cum in primis duabus pensionibus, prima scilicet antiquiori scutorum 30. in maiori summa alias reseruata, altera vero scutorum 300. datæ reseruationis sic de mense Ianuarij tota recollectio fructuum de uno ad aliud tantarum obnoxia est solutioni integræ pensionis istius anni nempe pro termino S. Io. Baptiste anticipato, & præatio Nativitatis Dominicæ posticipato. Vnde cum Reverendissimus Episcopus de fructibus anni 1655. nihil prorsus consequatas sic, nec consequi posset, dum possessionem Ecclesiæ nactus est 9. Junij 1656. indubitate venit, quod de oneribus pensionis illius anni nihil ad illum pertineat & consequenter quod sicut ante recollecta soluit Camera, & illius cessionarius terminum Junij anticipatum, ita recollectis teneatur soluere terminum Decembribus posticipatum, quia uter-

que terminus constituit annuam pensionem debitam ex fructibus illius anni.

Simili modo annualis pensio 1656. in eisdem terminos distributa soluenda est ex fructibus illius anni, de quibus cum ita exigente instrutione Subcollectorum consignata Episcopo quarta parte frumenti aliorumque frugum, & medietate vini, & olei reliquum penes cessionarium Cameræ remansisset, & quum, & rationabile est, ut Episcopus secundum hanc propositionem subeat tantummodo onera pensionum pro terminis Junij, & Decembribus illius anni, & de reliquo teneatur cessionarius, qui de fructibus illius anni participauit; pensio enim, quæ super fructibus reseruatur pro illorum rata soluenda est, ut notat *Dominic. in cap. fin. §. porrè de off. ord. in 6.* & *Gig. de pen. quest. 39. num. 7.* & ex hac ratione venit quod Rota mutata antiqua opinione soleat in hac materia se regulare iuxta terminos *leg. defuncta ff. de usufruct. vt firmatum fuit in Fanen. pensionis 19. Junii 1597.* coram s.m. Clemente VIII. quæ passim ad hoc soleat allegari, & quam postea sequuta est in Cefaraugustana pensionis coram *Pamphilia apud Pacif. de Salu. 139. num. 3. in decis. Causal. 129. num. 1.* & in illa Magistrali *Decan. 448. à num. 33. usque ad fin.* Sed diuersa ratione, & illa Episcopo magis favorabili confirmata fuit sententia etiam respectu pen-

sio-

sionis scutorum 800. quandoquidem cum data illius reseruationis esset in prima die Iulii regulataque secundum præcedentem regulam annus pensionis ad aliam primam diem Iunii sequentis anni, fructus hoc medio tempore percepti affecti sunt pro annuali pensione distributa pariter in duos terminos, sed posticipatos scilicet Dominicæ Natiuitatis, & S. Io: Baptiste sequentis anni; Vnde venit quod respectu huius pensionis ex collectione fructuum anni 1656. de qua participauit cessionarius detrahi debet pensio pro termino sequentis Decembris, & pro alio S. Io: Baptiste anni 1657.

Nec destruitur hæc regula ex instructione ex Subcollectoribus, & Commissariis spoliorum Regni Neapolitani, in qua statuitur quod respectu frumenti, aliorumque frugum computetur annus à die 1. Septembris; respectu verò vini à die 1. Novembris, & respectu olei, & ceterorum fructuum à 1. Decembris, quia ut inquit prima decisio diuersa est ratio statuendi fructus, & tempora fructuum pro divisione inter Camerā, & hæredes beneficiorum, & statuendi pensiones, & illarum obligationes, quæ ex superius dictis regulantur secundum tēpora reseruationum.

Comprobaturque hanc veritatem obseruantia, nam quotiescumque in causis Regni Neapolitani oportet agi de modo contribuendi pensionibus Causæ secundum præcedentem regulam, non autem

secundum instructionem Subcollectorū ab hoc Tribunali determinantur, vt habetur in illis *Neritonen. pensionum 99. par. 1. et 30. par. 3. recent. et in causa Nazarena 327. coram Coccino*, & verba illa pro rata temporis, non ad tempora recollectionum, seu destinatæ solutionis, sed ad tempora reservationum referenda esse censuit. *Rota decis. 504. coram Penia.*

Minus obstat quod Dominus Commendatarius in secunda gratia obtinuerit tam fructus à prima Septembris 1655. usque ad nouam Ecclesiæ prouisionem sequutam 9. Iunii 1656. inferendo intrà hoc tempus ex una tantum recollecta, de qua participauit ad tres annos, secundum regulam supradictam teneretur, quia ex hoc ipso conuincitur insufficiencia huius obiecti, si enim ipse obtinuit fructus à die prima Septembris 1655. habuit utique secundum adductam instructionem Subcollectorum omnes fructus illius anni. Cumque ulterius participasset de fructibus anni 1656. iuxta diuisionem inter ipsum, & Episcopum factam, æquum ex inde fuit, ut ad onera integræ pensionis anni 1655. teneretur, & insimul concurredet ad proportionatam contributionem terminorū anni 1656.

Et vt cumque sit clara est illius obligatio soluendi omnia onera, quibus Camera erat obligata, quæ sicut de præcedentibus fructibus tenebatur ad terminum Natiuitatis Dominicæ 1655. ita, & ipsum generi resolutum fuit unica.

Coram Tria.

Cosmopolitana Pensionis.

D E C I S I O 231.

Quidam Beneficiatus grauatus pensione reseruata prima Iulij 1652. deinde annullata, & reseruata alteri 28. Iulij 1656. adeo què in fructibus precipuis posticipata utrique termino sequentis Octobris, & Iunij subsequentis (adnotatas distinctiones pensionis anticipatæ, & posticipatæ *Lotter. de re Benef. quest. 44. n. 5. lib. 1. Sanleg. de pension. cap. 20. num. 8. cum decis. alleg.*) possessionem Beneficij grauati cepit 6. Iunij 1656., & pro more diuisis fructibus cum Cessionario Cameræ, de mensibus præcipuis habuit ab ipso cessionario quartam partem iuxta vulgarem instructionem apud *Quarant.* Sub verbo *Spolia Clericorum*, & post multos annos translatus est ad aliud beneficium priore dimisso ante Iunium 1669. Et tamen agit pensionarius creditor etiam pro tota pensione pro utroque termino Decēbris 1656. & Iunij 1657.

Consului consultus ego *Rota* ante rectè, & ritè, agat in dicta propositione causæ nudius tertius Mercurij 21. Maij ipsius in ipsa Rota, & hodie proposita causa Subdecanus absente Decano, etiam proculdubio resoluta, nequè rectè, nequè ritè agi, vetuit rescribi, suspicans agitari coram A. C. Cauallerino, & lupum esse infabula, cum tamen (quod su-

peraddo) postea compertissimum sit illam huiusmodi fuisse pridem numerata quoquè pecuniæ solutione finitā contrario prædicato.

Ego ambulando in conspectus Dei veritate, & iustitia, & recto corde cum illo *Reg. cap. 3. lib. 3. Volui acta describere, quod priisci, & boni Patres sæpè fecerunt etiam ubi nihil fuit resolutum, hoc ipso decisionis initio Seraph. decis. 4. decis. 56. decis. 108. & ipse, & alij in alijs decisionibus.*

Primo itaque non videtur rectè agere, quia quando datur Successor novus in Beneficio decissum, & decidendum videtur novū Successorem teneri pro rata fructuum perceptorum; pensio enim debet solui pro rata fructuum; non pro rata temporis, *Lotter. d. quest. 44. num. 19. ex Rota coram Cocc. decis. 327. num. 2. Gratiani decis. 548. num. 42. & vers. Non tenetur, & in terminis inter huiusmodi Patres Rota corā R. P. D. meo Carpineo Neronen. Pensionis 10. Decēbris 1658. Similiq; modo vers. sed diuerja ratione.*

Secundo non videtur rite agere, quia non fuerunt, adeò quod non probantur, factæ notatæ diligentiae contra illum, qui fructus percepit *Rota d. decis. 327. num. 3. amplius Lotter. quest. 39. à num. 87. & num. 108. lib. 1. Sanleg. d. cap. 11. à num. 3. & cap. 20. à num. 24. Costa reintegr. dist. 54. num. 10. Ros. coram Luddouif. decis. 507. num. 2. à vers. Et licet cum allegatis & adnotatis*

n. 7.

7. ubi, & requiri diligentias plenè probatas, quia est materia valde rigorosa, & contra bonā fidem, & æquitatem est, quod Successor teneatur pro pensionibus decursis tempore antecessoris &c. ex *Ros.*

Tertio, nequè rectè quia Beneficiatus iam translatus est ad aliud Beneficium, & factis aut non factis diligentijs, tam consensus titularis, quam consensus Papæ habet respectum ad fructus, unde cum Successor non possideat Beneficium grauatum, non videtur agi posse contra illū, & uti actione reali, vel in rem scripta. *Lotter. d. quest. 39. num. 47.* & successor tenetur ad terminos prædecessoris, quia pensio est onus reale coherens Beneficio, *Ros. coram Ludowis d. decis. 507. ab init. & de censu, & huiusmodi alijs. Afflict. dec. 95. num. 2. vers. intellige eam*, nec dum est inuentus, qui contrarium scripsit, Scribentibus omnibus agi contra successorem in beneficio, atquè adeò ubi, & quatenus successorem, & possessorem; Et ad praxim, si agatur contra successorem in Beneficio debet obtineri monitorium, & verificandus est Clericatus, valor fructuum, possessio Beneficij per reum conuentum &c. *Ros. coram Accil. Graff. decis. 418. seu de Pension. decis. 6. in fine ibi si Beneficium reperiretur penes aliū ille diceretur Successor ad notata per Felin. &c. amplius Sanleg. quest. 49. num. 19. cum alijs. Immò non tenetur successor, adeoquè*

possessor ad huiusmodi solutionem, nisi deducta in primis, & ante omnia congrua sustentatio ne, *Sanleg. d. cap. 20. num. 16. & à num. 26. & ubi num. 28.* licet hæc exceptio non admittatur, quoad pensiones proprio nomine debitas. Ex quibus non solum non videtur successor qui translatus est ad aliud beneficium, sed videtur traslati successor, & possidens teneri ad pensionem, & ita ut ipse successor, & possidens non conueniatur, nec teneri possit tamquam ad debitum proprium, sed debitum beneficij, super quo pensio imposita fuit *Sanleg. d. cap. 20. num. 13. et 16. à vers. Atque ita.*

Impertinens autem videtur *decisio 369. coram Durano* etiam cum sua obligatione Camera quæ intendit, sed non extendit obligationem, & obligat plus, sed non ad plus sicut iuramentum, & de pensionibus *Ros. coram Burat. decis. 915. num. 3. et Dur. noz. lun. decis. 633. num. 5. E Eminentissimo D. M. Cardinali Celsi. decis. 278. num. 5. ubi cun præsupposito illo, quod Titularis tenetur etiam ad pensiones pro tempore, quo alius intrusus percepit fructus &c. in princ. hec utpote fructus Titularis habens actionem contra intrusum ad fructus, & quasi habentis illos. qui actionem 15. ff. de reg. iur. & ibi *Gloss. Secus à Titulari, & tempore quo antecessor vel Camera, vel cessionarius Cameræ percepit fructus**

& us suos, & Titularis nullā habet actionem; Et decisio contrarium concludit, quando Titularis numquam habuit possessionem beneficij, nec aliquos fructus percepit iuxta aliam *decis.* 66. corā Seraph. & magis, si habere nec debuit: Ultra quæ Titularis amplius non possidet, nequè Titularis est.

Nequè sufficit actori, quod æquitas cesseret, quia Beneficiatus iam soluerit terminos Decembribus 1656. & Iunij 1657. iuxta d. *decisionem* 327. *num. 2.* à *vers.* sed difficultas, & ex ea *Lotterius d. quest.* 39. *num. 88.*

Quia quidquid sit verè de iure ex ipso *Lotter.* à *num. 89.* Sanè de facto soluta fuerunt scuta 200. generaliter in causam pensionis 12. Iunij 1657. & licet pro Decembre 1656. fuerint soluenda sola scuta 100. pro quarta parte, non dum maturo Iunio 1657. cum tamen deessent soli duo dies id diem 24. præsumendum est in a solutione satisfactum Decembri maturo, & Iunio in duos dies maturando: Maximè nè solvens iam ferò pro Decembre proximè soluturus etiam pro Iunio biduo duas faceret solutiones, & scuti nihil ex obligatione paucoram dierum mora minuit, & parva mora non æstimatur §. *Colonii* 1. si in leg. 24. ff. et ibi *Glos.* Mora, ita, & multò minus paucorum dierum celeritas obligationem non ampliat, nequè extimatur.

Precipue soluente Procuratore, vel Ministro debitoris longè

L A V S

absentis, qui maturauit ipse solutionem, nec sine speciali mandato principalis legitimè agnouit debitum alienum, & benè declaratur in d. *decis.* 327. d. *num. 2.* Quod ipse Beneficiatus soluit, & soluit terminum controuersum.

Superaddito quod pro Iunio 1657. nihil fuit solutum postea; quinimmò secunda solutio succedit scut. 400. etiam generaliter in causam pensionis, fuit 9. Augusti 1658. & sic postea semper solutum est generaliter in causam pensionis, adeoque soluta erūt scut. 200. quarta pars integræ pensionis scut. 800. iuxta quartam partem fructuum pro Decembre 1656. & Iunio 1657. integro anno intrà ipsum annū biduo prius.

Et cum petat hodie Actor sola scut. 300. negat Reus tamquam indebita de indebitis 600. Decembribus 1656. & Iunij 1657. atquè in pensione scutorum 800. Super solutis 300. imò super exactis per mandatum exequitum pro 1650. & alijs 11. pro expeditione mandati decreti contra absentem, nequè contumacem supersoluere, & superexigi alia 330. et d. *decis.* 327. vix dicit soluētem terminum indebitum non posse retinere sequentes, non autem dicit debere soluere alios indebitos, quod aliquos computatis solutionibus soluisse reperiatur, & multo minus non aliquos terminos, sed aliquam pecuniam.

Et ita pro veritate si minus pro iustitia.

D E O.

INDEX

RERVM, ET VERBORVM.

A

A Lere pueros in studijs, est opus piuum.
Cap. 5. fol. 120. num. 9.
Alimenta quomodo sint præstanda spu-
reis. cap. 6. f. 145. n. 119. 115.
Ananias, & Saphira repente ante pedes
Diui Petri vita migrarunt. c. 1. f. 3. n. 2.
Apostoli statuerunt, vt inter Ministros
Ecclesiæ res diuiderentur. f. 3. n. 10.

B

Beneficia quando ercta fuerunt. cap. 1.
fol. 6. num. 38.
Beneficia vacare possunt, vel per robitum,
vel resignationem, scù permutationem,
& translationem. c. 7. f. 161. n. 28.
Beneficiati vsufructuario in vita, & vsua-
rio in morte comparati. cap. 1. fol. 6.
num. 34.
Beneficiati de his, quæ possident Ecclesiæ,
iure speciali nihil accipere possunt. f. 20.
num. 102. & 103.
Beneficiati an dicendi sint vsufructuarij,
vel vsuarij. c. 3. f. 103. à n. 124. vñq; ad 137.
Beneficiato mortuo iure communi pon-
batur Econimus. c. 7. f. 166. n. 61. & po-
nitur praxis Regni. ibid. vñq; ad n. 65.
Beneficiatus pro qualitate beneficij, &
quantitate fructuum potest insumere
portionem, secundum plures Authores.
cap. 1. f. 20. num. 99. 101.
Beneficiatus, quando plus laborat, plus
sumere potest pro congrua, sed nō Episcopus.
cap. 1. f. 25. n. 128.
Beneficiatus, si vixerit de proprio, an po-
test compensare. cap. 2. fol. 19. num. 105.
106. 107. & seq.
Beneficiatus, & Episcopus præferuntur
pauperibus pro congrua sibi debita. c. 3.
f. 101. n. 109.
Beneficiatus, vel Episcopus, si non facit
fructus suos, tenetur erogare in pios
vñs. ibid. n. 110.
Beneficiatus etiam si teneatur ex iustitia
superflua erogare, accipiens restituere
non tenetur. c. 4. f. 116. n. 35.
Beneficiatus præferendus pro congrua,
etiam secundum qualitatem propriam.
c. 5. f. 121. n. 16.

Beneficiatus, vel Episcopus an possit sol-
vere debita ex præbendis beneficij, vel
Episcopatus. c. 5. f. 122. n. 18. & 21.

Beneficiatus potest alere filios, sorores,
fratres, spuriros, & dare eis dotem. c. 6.
f. 144. n. 103. & 104.

Beneficiatus an possit compelli ad dotem,
dubitant Doctores. c. 6. fol. 144. n. 107.
108. & 109.

Beneficium quid sit, & quid præbenda, aus
dignitas. fol. 7. num. 39.

Bona sunt data in dotes Ecclesiarum, & in
substitutionem Clericorum seruientiū
Ecclesijs. cap. 2. fol. 38. n. 27.

Bona donantur Ecclesiæ propter Christū,
vt in Ecclesia Christo inscriuiatur. ibid.
num. 31.

Bonorum qualitas circa eleem osynam
fuit causa præcepti, non verò est ipsum
præceptum. c. 4. f. 118. n. 38.

Bonorum Ecclesiasticorum conditio de-
scrutit pro causa præcepti. ibid. n. 44.

C

Camera satisfacit debitibus mortui Epi-
scopi, cùm fuerint ea facta intaric
Ecclesiæ, alias securis. c. 7. f. 169. à nu. 76.
& 81. cum Authoris consilio usque
ad 86.

Canones non prohibent Episcopis ne be-
nefaciant suis, cùm sint verè pauperes,
c. 6. f. 132. à n. 40. usque ad 46.

Cardinales, qui maiorem dignitatem ha-
bent, eosque magis secundum regulas
Euangelicas viuere debeat. c. 6. fol. 125.
num. 3. & 4.

Cardinales omnes fructus, etiam inex-
tos transmittunt ad heredes. c. 7. f. 169.
num. 87.

Clerici quarè antiquitùs vocabantur po-
stulantes. c. 1. f. 3. n. 4.

Clerici, dum seruiunt Ecclesiæ, Christo
seruiunt. c. 2. f. 38. n. 28.

Clerici in Regno non patiuntur spolium.
c. 3. f. 102. n. 117.

Clerici, cùm in vita sunt processati de illi-
cita negotiatione, tunc intrat Camera
Apostolica. ibid. n. 118.

Clerici iure communi attento de acquisi-
tis intuitu Ecclesiæ, scù beneficij, non
posse.

I N D

possunt disponere, & in his Camera facit spolium. c.7.f.162.n.39.

Concilium Tridentinum assignauit portionem Episcopis. c.1.f.7. n.40.

Concilium Tridentinum sessione 25. cap.1. de reform. de quibus bonis loquitur. c.1. f.21. n.105.

Congrua Cardinalium quanta. c.1.fol.13. à n.65. usque ad 70.

Congrua, ut statui possit, quæ sunt consideranda. c.1. fol.14. à n 75. usque ad 93. Authoris sententia n.96.

Congrua Episcoporum quanta, & pro ea non minus, quam mille aurei. c.1. f.7. num.41.

Congrua beneficiato debetur iure iustitiæ. c.1.f.14. n.72. & 73.

Congrua Episcoporum, quæ & refertur sententia Rotæ cum Authoris discursu. c.1.f.23. à n.113. usque ad 117.

Congrua, an consistat in indiuisibili. c.2. f.53. n.83. & f.55. n.91.92. & 93.

Congrua Papæ, quæ sit. c.3.f.102.n.116.

Constitutio Pij V. interpretatur. c.6.f.144. num.105.

Constitutiones Pontificias in materia spolij non habere locum in translatione. c.7.f.181. n.145.

Constitutiones Pij IV. & V. circa translationis materiam, ac Iulij III. & Sixti V. explicantur. cap.7. f.183. à n.156. usque ad 169,

D

Diuersum est habere dominium bonorum, ac habere dominium reddituum, qui ex bonis percipiuntur. cap.2.fol.34. num.1.

Distributiones quotidianæ non computantur in congruam. c.1. f.22.n.108.

Diuisio bonorum Ecclesiæ fuit facta tempore S. Sylvestri, & de eorum diuisione mentionem quoque facit Diuus Augusti. ius. c.2.f.4. & 5. n.23. & 24.

Diuisio prædicta, qua de causa fuit facta. fol. 10. n.25. & 26.

Diuisione facta multi Episcopi in vita cōmuni permanerunt. ibid. n.29.

Diuus Augustinus vendidit sacra vasa argentea pro alendis pauperibus. cap. 5. fol. 120. num.11.

Dominium bonorum Ecclesiæ penes quæ sit, variè loquuti sunt Doctores, alij penes Christum Dominum, alij penes ipsas Ecclesiæ, alij penes Romanum Pontificem, alij penes Beneficiatos. cap.2. f.34.

E X

& 38. à nu. 2. usque ad 25. cum Auth. iudicio n.26.

Dominium reddituum Ecclesiasticorum bonorū an acquirat Beneficiatus, acerrima est quæstio, & referuntur DD. pro affirmatiua, & negatiua opinione. cap.2. f.36. à n.33. usque ad 76.

Dotare puellas est magnum opus pium, c.3.f.120.n.8,

E

Ecclæsia crescente, dispositum fuit ne amplius bona venderentur, & administratio rerum Ecclesiæ Episcopis concreta. cap.1.fol.3. num.5. & 6.

Ecclesia habet potestatem condendi leges obligantes in conscientia. c.3.f.79.n.77.

Ecclesia habet potestatem applicandi bona sibi donata Ministris eidem scrupulibus. c.3. f.93. n.83. & 84.

Ecclesia si feuda possidet, commodo tenatur ad eleemosynā ex redditibus feu- di. c.3.f.101.n.111. & 112.

Ecclesia si egeat præferenda est pauperi. cap.5. f.121. n.13.

Ecclesia non est præferenda Beneficiato pro sua congrua. ibid. n.14. & 15.

Ecclesiastici nunquam liberam facultatem dispendi in morte habuerunt. cap.1. f.5. n.32. & 33.

Ecclesiastici, ea, quæ acquirunt in pretium laboris, vel officij non debent computare in congruam. c.1.f.19.n.106. & 107.

Ecclesiastici artius tenentur ad eleemosynā præcepto Ecclesiastico. c.3.f.79.n.79.

Eleemosyna dum da ur pauperi, Christo datur. c.2.f.38. n.29.

Eleemosyna quomodo facienda suis, secundum eorum statum. c.6. f.127. à n.47. usque ad 67. & assertur iudicium Authoris à n.68. usque ad 98.

Episcopale munus, quasi totum consistit in benefaciendo suis. c.6. f.125. n.6. 7. 8. & referuntur nonnullæ Doctorum sententiæ circa hanc materiam à num. 10. usque ad 20.

Episcopi solū accipere poterant necessarium, reliquæ peregrinis, & indigentibus distribuere tenebantur. cap.1. fol.3. num.7. & 8.

Episcopi à Concilio Antiocheno obtinuerunt potestatem ad dispensandum inter pauperes res Ecclesiæ, & aliter non facientes puniendi. c.1.f.4.n.13. & 14.

Episcopi, quod possident est pauperum. f.4.n.15. 16. assignatur ratio à priori n.17. Epi:

R E R V M , E T V E R B O R V M .

Episcopi debent obseruare hospitalitatem multas expensas pro Ecclesia facere , ac pro defendenda iurisdictione Ecclesiastica, necnon eleemosynas.c. 1. n. 43. vsq; ad 46. debent dare exemplum subditis. ibidem n. 50. & 51.

Episcopi , & Beneficiati reddituum quos seorsum habent Ecclesiae dominium nullum adipiscuntur , sed sunt merè administratores. c. 2. f. 51. n. 77.

Episcopi , & Beneficiati acquirunt dominium suorum beneficiorum respectu portionis eis debitæ. ibid. n. 78.

Episcopo cuilibet , vel Beneficiato portio debetur iure iustitiae. ibid. f. 53. n. 80.

Episcopi , & omnes Beneficiati peccant mortaliter, si quod superest non erogent in pauperes, piosque usus. cap. 3. fol. 68. n. 1. & fol. 78. & 79. n. 59. 60. & 61.

Episcopi , & Beneficiati an teneantur iure iustitiae ad erogandum in pauperes, quod eis superest , recensentur DD. & rationes pro affirmatiua , ibid. à n. 3. vsque ad 42. referuntur DD. pro negatiua vsq; ad n. 66. & seq.

Episcopi non possunt testari. c. 3. fol. 101. num. 119.

Episcopi , antequam accedant ad Episcopatum , solent facere inuentarium bonorum. c. 3. f. 103. n. 123.

Episcopi non debent cumulare multam pecuniam pro ædificandis Templis. c. 5. fol. 120. n. 12.

Episcopos , & Beneficiatos esse veros Dominos omnium frumentorum , & iure tantum charitatis teneri ad erogandum superflua probabilissima est sententia , referuntur DD. & rationes. c. 3. f. 93. à n. 89. vsq; ad 107.

Episcopus primis temporibus Ecclesiæ opes inter Ministros distribuebat . c. 1. fol. 3. n. 3.

Episcopus si subtrahit aliquid de sua portione parcè viuendo , de eo ad libitum disponit. cap. 2. f. 53. n. 81. & 82. multi teneant contrarium n. 84. sed verius n. 85. 86. 87. 88. cum seq.

Episcopus si habet aliundè adhuc iure recipit suam portionem. f. 56. n. 98.

Episcopus si vivit ex proprio patrimonio, adhuc poterit recipere ex fructibus beneficij. f. 58. n. 104. non potest compensare , si habuerit animum donandi. ibid. n. 105. contrarium Dominus de Lugo. ibidem à n. 106. vsque ad 112.

Episcopus si ex proprijs bonis fecerit eleemosynam, & habuerit expressum animū

donandi , an possit compensare , alij affirmant, alij negant . ibid. f. 61. à n. 113. vsque ad 117.

Episcopus Regularis, si parcè viuendo seruat aliquid de eo , non potest ad libitum disponere. ibid. f. 65. n. 126.

Episcopus Regularis, si prodigè expendat, ipse recipiens tenetur restituere. ibidem num. 127.

Episcopus Regularis potest in vita disporere. ibid. n. 128.

Episcopus potest superflua erogare in ædificatione hospitalium, & Templorum , nisi necessitas pauperum aliud suadeat. c. 5. f. 120. n. 10.

Episcopus potest facere donationes remuneratorias , & compensare seruitia . c. 5. fol. 123. n. 123. & seq.

Episcopus parcè viuendo , & sibi de sua portione subtrahendo, id quod superest potest dare suis. c. 6. f. 125. n. 22. vsq; 38.

Episcopus potest dare suis ne egeant in futurum. c. 6. f. 128. n. 101. & 102.

Episcopus potest alere nepotes in studijs. ibidem n. 117.

Ex obligatione simplicis præcepti Ecclesiastici , non sequitur necessaria obligatio ex iustitia. c. 3. f. 79. n. 78.

F

Fideles primis temporibus omnia ad Apostolorum pedes asportabant. c. 1. fol. 3. n. 1.

Fideles non dederunt bona Ecclesijs , ve iure iustitiae teneantur superflua erogare pauperibus. c. 3. f. 93. n. 82.

Fructus exacti , & incorporati , siue commixti spectant ad hæredes beneficiati . c. 7. f. 162. n. 31. & 32.

Fructus quando dicuntur commixti. n. 33.

Fructus maturati a solo separati , verum non realiter à beneficiato exacti , multi dicunt, quod spectant ad illius hæredes. c. 7. f. 163. n. 363.

Fructus maturatos , & à Sole separatos vñfructuarius transmittit ad hæredes . ibidem n. 38.

Fructus maturati percepti , scù à Sole separati nō dum tamen realiter exacti ad successorem in beneficio spectant . c. 7. f. 194. à n. 43. vsque ad 47.

Fructus ciuiles pro rata temporis diuidēdos , qui scripserunt. ibid. f. 165. n. 51. & 52.

Fructus pendentes an diuidendos pro rata. ibid. à n. 54. vsque ad 60.

Fructus , quando sunt communes in his non

I N D E X

Non fit spolium, si eorum massa diuiditur ratione seruitij. *ibid.* n. 66. & 67.
Fructus quomodo diuidantur inter titularem, & hæredes pensionarij. c. 7. f. 186. n. 773. & seq.

L

LEx, ut iusta sit, requirit causam, scù rationem. c. 4. f. 116. n. 39.
Lex obligat ex supposita voluntate præcipientis. *ibid.* n. 42. & in qualibet lege quatuor causæ sunt considerandæ. *ibid.* n. 46. & 47.

N

Naturalibus Regni conferenda sunt beneficia. c. 5. f. 120. n. 5. & 6.
Nobilitas sanguinis non excusat Episcopos à luxu. c. 1. f. 10. à n. 52. vñq; ad 62.
Nomine piorum vñsum quid intelligatur. c. 5. f. 120. n. 7.

O

Obligatio ex iustitia oritur, ex violatione, & lësione iuris alteri quæsiti. cap. 3. f. 93. n. 80.
Obligatio expendendi superflua ex redditibus Ecclesiasticis in pios vñsus an oriatur ex natura ipsorum bonorum, an vero ex eorum persona, referuntur DD. sententiæ. cap. 4. fol. 112. à n. 1. vñque ad 34.
Obligatio vñdè oriatur in legibus. *ibid.* fol. 116. n. 41.

P

Papa est Rex in suo statu, & quomodo disponat de redditibus status Ecclesiastici. cap. 3. fol. 102. n. 113.
Pauperes, nō solū sunt qui ostiatim quaestuuntur, sed etiam illi, qui defunct necessaria iuxta eorum statum. c. 5. f. 119. num. 1.
Pauperes loci cæteris pauperibus an præferendi. *ibidem* n. 3. & 4.
Pensiones vtrum in congrua computandæ. c. 1. f. 22. n. 109. & 111.
Portio pauperum transiuit cum portione Episcoporum, & Clericorum. c. 1. f. 6. n. 36. & 37.
Portio cuilibet Episcopo, vel Beneficiato debetur iure iustitiæ. c. 2. f. 53. n. 80.
Praxis Regni mortuo Beneficiato, vel Epi-

scopo. c. 7. f. 167. à n. 62. vñque ad 75. & sequentibus.

Praxis, quæ obseruatur in Regno in vacatione per resignationem circa fructus. c. 7. f. 174. n. 110. & seq.

Praxis Regni circa perceptionem fructuum Episcopato translato. c. 7. f. 183. n. 161. & sequentibus.

R

Recreationes honestas Episcopis concedendas. c. 1. f. 7. n. 43.

Redditus Ecclesiæ tributæ sunt abundatores, vt superflui pauperibus erogantur. cap. 3. f. 93. n. 81.

Redditus Episcopales, si sunt tenues, Episcopi non tenentur ad erogationem aliquam. c. 3. f. 101. n. 108.

Redditus, qui percipiuntur ex feudo, sunt alterius qualitatis, ac qui percipiuntur ex beneficio. c. 3. f. 102. n. 114.

Redditus, quos percipit Papa ex dataria, non sunt merè Ecclesiastici. *ibid.* n. 115.

Regularis assumptus ad Episcopatum, an. acquirat dominium suæ portionis. c. 2. f. 62. à n. 118. vñq; ad 125.

Resignans beneficium simpliciter omnes fructus exactos, & incorporatos facit suos inexactos verò vñque ad diem resignationis. c. 7. f. 171. n. 89. & seq.

Resignans vt fructus maturatos faciat suos requiritur, vt eos sibi reseruat, alias censetur dimisiſſe. *ibid.* n. 93. & seq.

Resignans post datum consensum, & resignationem admissam, non potest amplius exigere fructus. *ibidem* n. 96. & nonnulla circa resignationem, & præsertim quomodo fructus diuidendi in resignatione ad fauorem, *ibidem* fol. 173. n. 102. & seq.

Resignatio Episcopatus ad fauorem non est ita facilis, sed Cardinalibus permittitur. c. 7. f. 105. n. 14.

Resignatio Episcopatus simplex permittitur, dummodo Episcopus aliundè habeat. f. 176. n. 115. & 116.

Resignato Episcopatu fructus debentur Episcopo, vñque ad resignationem, & adducitur praxis Regni Neapolis. *ibidem* n. 117. & 118.

S

Sacra Rota semper facit distinctionem in vacatione per obitum, & resignationem inter necessariam, & voluntariam.

R E R V M , E T V E R B O R V M .

riam . cap.7. fol.173. num. 106. & 107.
Sanctus Sylvester statuit de redditibus Ecclie taciendas esse quatuor partes c.1.
f.4. n.20. idem Simplicius, & Gelasius .
n.21. & 22.
Sedes Apostolica solet concedere indultu Episcopis testandi pro certa summa .
cap.3. fol.103. n.120. & quid prodest di-
etum indulatum. n.121. & 122.
Sixtus V. promulgauit Constitutionem ad
cuitandas differentias inter Nuntium
Apostolicum, & Clerum Regni. cap.7.
f.160. n.21.
Sixtus V. declarauit, quæ sint spolia. f.166.
n.22. & de hac materia spolij nonnullæ
personæ fuerunt declaratæ exemptæ. ib.
à n.23. usque ad 27.
Spolium non fit in Regno de exactis. quia
adest compositio. c.7. f.162. n.35. & 36.
Spolium non fit in Regno Galliæ . cap.7.
f.165. n.50.
Sub Pontificatu Sixti V. sicut facta concordia inter Cameram Apostolicā , & Cle-
rum Regni Neapolis. c.7. f.158. n.20.
Summi Pontifices varias Constitutiones
ediderunt circa spolia , & fructus bene-
ficiorum. c. 7. f. 150. n. 2. & referuntur
variae Constitutiones circa hanc materiam.
ibid. à n.5. usque ad 19.

T

Titularis, cum moritur, successor quo-
modo teneatur . c.7. f.170. num.173.
& sequentibus .
Translatio non est prohibita iure Diuina.
c.7. f.176. n.21, est de maioribus Eccles.

sic. n.122. in ea, an requiratur consensus
translati. n.123. & nouum contrahitur
matrimonium. n.124.
Translationis duæ causæ. f.177. n.125.
Translationis causa Authoris. n.126.
Translatio idem importat, ac mortis. n.127.
Translatio facta Episcopus amittit omnia iura primæ Ecclesiæ. f.178. num.28.
& 29.
Translatio incipit valere statim à die pro-
nunciationis. ibid. n.130.
Translatione facta Episcopus nullos per-
cipit fructus, neque exactos. ibid. n.132.
referuntur tamen nonnullæ Doctorum
sententiæ, ac decisiones circa dicta ma-
teriam à n.133. usq; ad 144. & seq.
Translatus fructus, quos recepit, suos fa-
cit. f.181. n.147.
Translatus, an possit petere fructus matu-
ratos, sed non exactos. f.182. n.150. 151.
152. 153. 154. & seq.

V

Vbi intrat obligatio ex iustitia, intrat
quoque restitutio. c.3. f.69. n.2.
Vita communis diutius durauit in Eccle-
sia. c.1. f.4. n.18. & 19.
Urbanus Papa statuit res Ecclesiæ , non
tanquam proprias, sed uti communes
esse habendas, & ab Episcopis distribuē-
das. c.1. f.3. & 4. num.11. & 12.
Vsufuctuarius fructus maturatos, & à
Sole separatos transmittit ad hæredes .
ibidem n.38. & affictus, fructibus per-
ceptis per colonum. ibid. n.39. 40. & 41.

F I N I S .

• 1. Leptothrix clavigera Linn.
• 2. Leptothrix clavigera Linn.
• 3. Leptothrix clavigera Linn.
• 4. Leptothrix clavigera Linn.
• 5. Leptothrix clavigera Linn.
• 6. Leptothrix clavigera Linn.
• 7. Leptothrix clavigera Linn.



